COMMENTATIO CRITICA,

EXHIBENS

E BIBLIOTHECA OXONIENSI BODLEJANA

SPECIMINA VERSIONVM PENTATEVCHI SEPTEM ARABICARVM, NONDVM EDITARVM,

CVM OBSERVATIONIBVS.

SCRIPSIT

HENR. EBERH. GOTTLOB PAVLVS,

AA. M. PHILOS. D. ET LINGG. ORIENT. IN ACAD. IENENSI PROF. PVBL. ORDIN.

IENAE,

APVD BIBLIOP. ACADEMICVM,

1789.

Viris

Eruditione Animique Candore

Praecellentissimis

SVMME REVERENDO,

D. CAR. GODOFR. WOIDE,

ad Museum Britann. Bibliothecario, Sacelli reg. Belgici
et Coetus reform. theotisci Ecclesiastae

Seni Optimo, Amabili, Indefesso

nec non

ILLVSTRIBVS

Universitatis literarum Oxoniensis Membris

D. IOSEPHO WHITE,

Praebendario Glocestriensi, Arab. linguae Prof. Collegii
Wadhamensis Socio

D. HENRICO FORD,

Arab. Linguae Professori, Dioeceseos Oxoniensis Cancellario,
Contubernii ad S. Magdalenam Praeposito

D. ROBERTO HOLMES,

Poeseos Professori

Viris Colendissimis, Humanissimis, Amicissimis

Opusculum hoc

e dulci Britannia oriundum

tanquam recens

gratae atque amicae memoriae monumentum

mittit

D. D. D.

Auctor.

§. I.

De verſionibus arabicis generatim. De argumento huius libelli et de conſilio edendae Chreſtomathiae arabicae verſionum Vet. Teſtamenti ineditarum.

Verſiones Veteris Teſtamenti *arabicas* hic ibi malam famam ſubleſtae fidei atque exiguae utilitatis contraxiſſe novimus. Quod enim de *latinis* verſionibus Auguſtinus (de doctrina Chriſtiana libro II. c. 11.) pronunciaverat: *Latini*, inquiens, *interpretes nullo modo numerari poſſunt. · Ut enim cuivis .. in manus venit codex graecus et aliquantulum facultatis ſibi utriusque linguae habere videtur*, *auſus eſt interpretari*; idem fere de auctoribus arabicarum translationum dicendum eſſe exiſtimant. Atque inprimis ea tempeſtate, qua de variantibus lectionibus ad Codicem hebraeum undequaque compilandis laborare ſeculi mos fuerat, arabicae verſiones, utpote liberiores literisque ſingulis ac ſyllabis minus adſtrictae, male audire inceperant.

Sed in principio ſtatim, quae uno nomine arabicarum verſionum comprehendi poſſunt, diverſiſſimae indolis conamina cautius a ſe invicem diſcernantur neceſſe eſt. Quo facto verum juſtumque cuiusvis pre-

tium figi facilius poterit. Etenim recentiori quidem aetate arabicae verfiones inter orientales Romanae ecclefiae affeclas effinguntur innumerae, quae Vulgatae Verfioni utplurimum fuum deferunt obfequium. Extant etiam a Iudaeis oriunda ejusdem generis molimina nec a vetuftate nec aliunde commendabilia. His vero, quae ad rem criticam atque exegeticam aut nihil aut parum omnino faciunt, exclufis, antiquiores fuperfunt Vet. Teftamenti interpretationes arabicae, a Chriftianis, Iudaeis, Samaritanis quoque oriundae, quibus omnibus non aeque facile caremus. Diverfis tamen diverfus honor debetur rationibus rei reliquis diligenter penfitatis decernendus.

Inter antiquiffimas eae ipfae quidem non funt. Licet enim in regionibus nonnullis orientalibus vel a prima inde chriftianifmi aetate arabicis verfionibus locus non defuiffet, eae tamen omnino, quas extare nunc novimus, originem fuam a dominio linguae arabicae, id eft ab imperio Muhammedanorum extra fines Arabiae eminus propagato repetunt. Unam porro ex altera aut interpolatam aut multis modis mixtam fuiffe, experientia plerumque edocemur. Sed quidquid contra illas occurrat harum aliarumve difficultatum, non raro tamen Criticae curatiori opes fubminiftrant fatis probabiles. Et quod majus eft, exegetica ars in Veteri Teftamento ex arabicis verfionibus e textu ipfo derivatis ob cognatum linguae idioma fubfidia jure fuo fperat non contemnenda. Quod vero de verfionibus uni-

verfe

verſe dicent omnes, qui rei experimentum fecerunt, id praecipue valet de arabicis: cum nimirum, qui in locis difficilioribus rationem, qua veteres illi interpretes in formanda aliqua explicatione regi potuerint, indagare non dedignetur, non raro praeter expectationem ad novas bonasque interpretationes ſe deductum ſentire.

Sed in hac ſubſidiorum non aeque idoneorum multitudine quo minus tandem philologiae noſtrae ſtudium copiarum ſuarum abundantia opprimatur, ut ne in lucem omnia promiſcue protrahantur, optandum eſt. Speciminibus datis quid expeti, quid ſine damno in Bibliothecis abſcondi poſſit, antea potius videmus tempeſtive eſſe explorandum. Unde ea ipſa ratione ac norma ductus ego quidem, dum Bibliothecae Bodleianae apparatum percontari mihi licuit, verſiones arabicas Veteris Teſtamenti librorum complurium avide excuſſi. Ibi quae ad Pentatevchum collegeram, hic libellus publico examini ſubmittit. Alia vero plura eaque ipſa, ſpero, non minus utilia, cum verſiones arabicas ab ipſo hebraeo textu oriundas, quae difficiliores hebraei Codicis partes v. c. Pſalmos, Ieſaiam, Proverbia, Eccleſiaſten, Iobum, complectuntur, vel totas vel ex parte transſcriptas mecum habeam, ſelectis inde capitibus ac ſectionibus illuſtrioribus in *Chreſtomathia Verſionum Vet. Teſtamenti ineditarum arabica,* ſi eruditis arbitris ita videbitur, publice proponi poterunt. Qua collectione edita peritioribus quidem ad

 judi-

judicium de verſionibus iſtis figendum apta materies, docentibus vero liber praeſto erit, quo uſi vel a primis inde arabicis lectionibus ſenſim ſenſimque de recta ratione linguam arabicam verſionesque in Codice S. interpretando adhibendi audituros monere poſſint. Erit idem liber vere elementaris, intellectu facilior atque rudimentis accommodatus, unde ſi ad Arabem quendam hiſtoricum, poſtea vero demum ad Hamaſam legendam diſcipuli progrediantur, ſpatium illud ſatis diſtans, quo nunc a fabulis Locmanni ad Hamaſam usque tranſire aut potius tranſilire adiguntur, commode expletum ſentient.

§. II.
De codicibus Verſionis Samaritano-arabicae Oxonienſibus.

Verſio arabica Pentatevchi Samaritani eadem, quae ſecundum praefationem arabicam Codicis 4. Bibliothecae regiae Pariſienſis *) ad *Abuſaidum* auctorem refertur, cuius vero particulam (c. XLIX. Geneſeos) e Codice Triglotto Barberinio *Hwiid* **) in lucem emiſit, Oxonii etiam in Bodleiana Bibliotheca extat duobus in Codicibus manuſcriptis. Altero, Samaritanis literis exarato, iam *Edm. Caſtelli* et in notis ad Pentatev-

*) Le Long Bibl. Sacr. p. 117. edit. Pariſ. 1723. cf. Cel. Adler Iter biblico-crit. Roman. p. 212.

**) Specimen ineditae verſionis Samaritano-arabicae Pentatevchi. Romae. 1780. 8. mai.

tatevchum Samar. Tomo VI. Polyglottorum Londinensium editis et ad ipsum Lexicon Heptaglotton concinnandum, id quod praefatio indicat, hic ibi usus fuit. Erat is olim *Usserii*, nunc vero in scriniis Bodleianis signo *Arch. Bodl. C. 2.* in Catalogo Bibliothecarum Angliae et Hiberniae numero 3128. 2. distinguitur. Hoc e Codice *Durell* in libro: The hebrew Text of the parallel prophecies of Iacob and Moses relating to the XII. tribes. Oxford. 1763. 4. versionem capitis Gen. 49, 5. usque ad fin. et Devt. 33. paginis 34-43. typis exscriptam desumsit. Alter vero Codex, unde Durell ibid. p. 231. Gen. 49, 1-5. et VV. LL. ad duo ista Pentatevchi capita a se edita excerpsit, quondam ad *Dr. Taylor* pertinuerat, nunc in Bibliotheca signum *Arch. C. 7.* in Catalogo Bibliothecarum Angliae ac Hibern. numerum 3133. 7. gerit.

Cel. Dr. *Urii* Catalogum Bibliothecae Bodleianae Codicum msorum orientalium (editum Oxonii 1787.) evolventi tertius aliquis ejusdem Versionis Codex Msus comparere videbitur, qui in Biblioth. Bodleiana signum *Marsh.* 209. apud Urium vero inter *Codices Christianos literis et sermone arab.* p. 30. numerum V. gerat. Sed Codex ille *Marsh* 209., chartaceus, non est nisi apographum ipsius Msi Tayloriani, Europaea (non: peregrina) manu transscriptum. Id quod satis confirmatur ex notula libro ipsi sub initium inscripta his verbis: *Hunc Librum, Pentatevchum arab., prout in ecclesia Samaritana iam in usu est, ex Msto Dris Tay-*

lor .. Damasci empto describendum curavi a. 1670. *Narcissus Marsh.*' Accidit vero, ut ipsum Msum Taylorianum (Arch. C. 7.) doctiss. Urii, Catalogum condentis, oculis nescio quo fato se subduceret, inter descriptiones istas frustra quaerendum.

E Tayloriano hoc Mso edita quaedam Hypographe doctorum virorum coniecturas non mediocriter exercuit. *Durell* enim l. c. praefationis p. IX. de aetate Codicis hanc in ipso notitiam ad finem Levitici inveniri affirmavit: exaratum eum fuisse *die nono et decimo Rebiae posterioris*

سنة اربعة وثمانين وثمان مايه الملوك الاصغر

quem annum ex aera *Selevcidarum* computans, anno C. 573. aequalem prodidit. Quo sumto, versio Arabico-Samaritana longe, quam putatur, maiori vetustate gloriari posset. Abusaid Samaritanum scilicet a. C. MLXX. claruisse affirmant. Monuit eam ob causam, prout est ejusmodi rerum indagator versatissimus, Cel. Tychsen in Repertorio literarum biblic. et orientalium (T. XI. p. 103.) aeram الملوك الاصغر non Selevcidarum solum sed etiam Hispanicam, atque Aegyptiacam epocham indicare posse, adeoque aeram aegyptiacam applicari suasit, qua posita annus 884. anno Christi 1168. sit responsurus. Alia dubia moverat Perill. Michaelis in recensione Libri Durelliani (Goetting. Anzeigen 38. St. 1766. p. 298. 299.) Idem postea in Introduct. in V. Test. T. I. p. 341. de

aera

aera imperii Byzantini huc adhibenda cogitavit, quia Arabes et Iudaei Romanos etiam inter filios Edomi (الاصفر) numerent. coll. Herbelot Biblioth. Orient. p. 138. Denique doctiss. Uri in Catalogo ad Cod. *Marsh* 209. nescio quibus argumentis adductus *Hegirae* aeram ad computum adhibet eiusque annum 885. (non 884. ut vere in Mso legitur) producit, qui anno C. 1480. responderet.

Sed post cognitam hanc opinionum varietatem Codicem ipsum, qui paucorum seculorum antiquitatem prae se fert, inspiciens nihil de aera الملوك الاصفر immo vero الملوك الاصغرا ibi exaratum esse, aperte video: ubi vox الاصغرا pluralis est fractus, ut aiunt, vocis صغير *parvus*. Iam vero quid sibi vult *aera regum parvorum?* Sublata quidem lectione falsa sensus tamen non omnino expeditus emicat? Hegirae vero aera in hypographe ista intelligenda esse videtur, cum mensis ibi ponatur *arabicus*, atque ideo universe computum chronologicum Muhammedanis receptum supponi, vero sit simillimum. Selevcidarum aera enim, quae alias Arabibus sub nomine Tarich Dilkarnain etiam usitata est, cum ex aliis rationibus huc non quadret, nulla, quae Arabibus magis in usu sit, quam aera Hegirae, applicanda occurrit.

Quod reliquum est, Codex *Arch. C.* 7. locis non multis a sciolo quodam correctore lituras accepit et mutationes. Attamen originaria lectio utplurimum

 facile

facile dignofcitur. Rafurae praeterea in eo paucae, ex quibus una memoratu dignior Gen. c. 49. 10. de qua fequenti paragrapho dicendum. Excerpta autem, quae damus, Genefeos loca non raro refpondere poterunt ad ea, quae Perill. Michaelis in Bibliotheca Orient. P. XXI. XXII. e verfione hac Samaritano-arabica interrogari voluerat. Etiam in reliquis Pentatevchi libris loca ab ipfo felecta excuffimus. Genefeos vero loca nunc potiffimum proponere vifum eft, quia Cel. Adler, cuius opera de hoc etiam itineris facti fructu plura publice innotefcant optamus, verfionem hanc fibi e Triglotto Codice Barberinio transfcripfit, in quo 34. capita Genefeos priora defiderari legimus.

§. III.

Specimina Verfionis Arabicae textus hebraeo-Samaritani e Cod. Bodleiano Arch. C. 7.

Gen. II, 10-14.

10. ونهر يخرج من النعيم لسقي الجنان ومن هناك ويفترق ويصير اربع (* حذاول *
11. اسم الواحد النيل هو المحيّط بكل ارض
12. زويلة للتي هناك الذهب * وذهب تلك الارض حسن جدّا هناك الولوا وحجر المها *
13. واسم النهر الثاني جيحون هو المحيط
14. بكل ارض السودان * واسم النهر الثالث دجلة

*) Sic Ms. Sed جناول *canales* legendum fufpicor.

دجلة هو السائر شرقي الموصل والنهر الرابع هو الفرات.

Fluvius autem prodibat ex amoeno illo loco ipso ad rigandos hortos. Abhinc vero ultra dividebatur evadebantque quatuor canales. V. 11. Nomen primi (fluvii) ó Nil. Hic circumiens in omnem regionem Zavilah, ubi aurum. V. 12. atque aurum ejus terrae bonum valde. Ibidem margaritae et lapis cryſtallinus. V. 13. Nomen autem fluvii ſecundi Gihon. Hic circumiens in omni terra Aethiopum. V. 14. Et nomen fluvii tertii Diglah. Hic means ab oriente Moſulae. Nomen autem fluvii quarti ó Phrat.

Obſerv. V. 11. زويلة] Sam. textus et verſio *Chavilah.* Sed Arabica Saadiae etiam زويلة ponit et h. l. et c. XXV, 18. ac X, 7. Perill. Michaelis dubitat, annon زيلستان Indiae interioris regionem intellexerit, cum etiam Ionathan Chavilam Paradiſiacam in amoeniſſima Indiae parte ſitam putet. Spicileg. T. I. p. 190. Etiam pro חוילה ea, quae Gen. X, 29. indicatur, in loco parallelo Paralipomenorum verſio arabica, quae cum Syriaca alias utplurimum conſentit, زويلة poſuit. Sed de regionibus iſtis quidquid hariolandum videatur, locum hunc inter illuſtriora exempla cognationis numero, quae Saadianam verſionem et hanc Arabico - Samaritanam intercedit. cf. Cel. Eichorn. Introd. P. I. §. 287. p. 517. V. 12. جدا *valde* V. L. Samaritano textui propria. الولوا

 Sic

Sic in Codice. Saadias اللولوء *uniones.* مهها ex etymo lapidem *candidum, aquosum, tenuem* significare potest. Saadias Exod. XXVIII, 18. مهها البلّور pro ספיר ponit. Idem pro לבנת הספיר Exod. XXIV, 10. وبياض المهها *candor Mahae.* Etiam in Apocal. Arabs مهها ponit pro ספיר. Nescio, cur Castelli in Lex. Polygl. inter Onychem et Chrysolithum fluctuet.

C. II, 23. 24.

23. فقال ادم هذه الدفعة عظم من عظامي ولحم من لحمي لذلك تسمي امراة ان
24. من رجلها اتخذت* هذ بسبب ذلك يترك الرجل اباه وامه ويعلق بزوجته ويكون من كلبهما بشر واحد*

Dixit Adam: hac vero vice os ex ossibus meis et caro ex carne mea. Propterea Vira nominetur, dum ex viro suo sumta est. V. 24. Hac de causa relinquet vir patrem suum matremque suam et haerebit in conjuge sua. Fiet enim ex binis illis caro una.

Observ. Notissima est V. L. versionis Alex. quae exprimit lectionem והיו שניהם לבשר אחד Ulterius ab hebraeo discedit cum Sam. versione Samaritanus textus V. 24. legens: והיה משניהם לבשר אחד Versio Arabico-Samaritana vero exprimit lectionem : והיה משניהם בשר אחד Eandem e Codice Sam.

Sam. Paris. quem Pater a Valle Damaſco attulerat, (Kennic. 363.) in lucem protulit Kennicott.

Mihi quidem omnis haec varietas non e diverſitate lectionis in Codicibus videtur exorta ſed e qualicunque interpretationem in textum inſerendi conſilio. Lectio nimirum hebraea והיו לבשר אחד et linguae idiomati conſona et brevior, atque ideo ſine dubio vera eſt. Sed Samaritani textus transſcriptores cum vocibus iſtis hunc ſenſum, eumque ſatis probabilem, ſubeſſe putarent: *tranſibunt vero conjuges in unum quoddam tertium ſc. ſobolem*, hanc ipſi interpretationem vocibus textus aliquantum immutatis exprimere conſultum duxerunt. Arabi interpreti haec explicatio facilius arridere potuit, quia vocem بشر in ſuo idiomate *hominem* deſignare noverat.

Corrector Codicis *Arch.* C. 7. Anonymus, qui in prioribus capitibus ſubinde aliqua expunxit, V. 24. pro لذلك بسبب هذ poſuit فلهذا السبب et deinde deletis vocibus ويكون من كليهما بشر واحد ſupra adſcripſit ويكون كلاهما جسدا واحدا Quae translatio utrum ab ipſo de novo facta an aliunde deſumta ſit, neſcio.

c. III, 2. ubi Codd. Samaritani plures pro הנחש habent הכחש, verſio haec ſic, ut per totum caput הנחש per vocem الثعبان quae etiam ap. Saadiam h. l. et Apoc. XII, 14. uſurpatur, reddidit. (cf. Michaelis Bibl. Or. T. XXI. p. 191.)

c. III,

c. III, 6.

وانّها سهبّة للنظر واوفق الشجر للارشاد

Qnod illa desiderabilis sit visu et consentire faciat arbor ad bonam directionem.

Observ. Corrector ille anon. verba tria postrema transfixit. V. 9. ubi versio ponit: كيف انت corrector اين انت maluit, ut Saadias.

c. III, 15.

وعداوة اجعل بينك وبين الامراة وبين نسلك وبين نسلها هو يتعقبك راسا وانت تتعقبه عقبا*

Inimicitiam vero constituam inter te et inter mulierem atque inter progeniem tuam et progeniem illius. Haec calce petere solet caput tuum, tu vero calce petere soles calcem ejus.

Observ. Versio vocis שוף per arab. عقب e contextu quidem non improbabilis. At vero eam ex usu vocis שוף in dialectis cognatis orientalibus confirmari non video.* Verbum שוף quod etiam Pf. 139, 11. Iob. IX, 17. occurrit, coll. ساف significat 1) *transfixit s. perforavit*, unde سيف *ensis.* 2) autem latiori significatu: *perdidit.* v. Vers. Arab. Sap. 17, 15. Gen. 18, 23.

c. III, 22.

وقال القديم الله ان ادم صار كالاصل منه معرفة الخير والشر*

Dixit

Dixit aeternus Deus: Adam evaſit ut quivis ex illo (ſc. naſciturus) quoad experientiam factam de bono et malo.

Obſerv. Interpretatio certe ingenioſa vocum כאחד ממנו. Voculam ממנו h. l. ex particula נו = נהו compoſitam eſſe ſupponit. — Corrector anon. expunctis vocibus 8. prioribus ponit فقال الرب الله

هوذا ادم صار كواحدا منّا *

c. III, 24.

واسكن شر في جنان النعيم الاشباع
ومليع السيوف المتقلبة لحفظ
طريق شجرة الحيوة *

Et manere juſſit malus in horto amoenitatis ſimulacra extantia, quae nigra appareant, et procerum quid huc illuc mobile gladiorum celeriter ſe proripiens ad defendendum aditum arboris vitae.

Obſerv. شر pluribus locis in verſ. arab. N. T. Polygl. *diabolum* ſignificat. Neſcio, an ullus interpretum כרבים pro ſpectris et ſimulacris malorum ſpirituum habuerit, ut hic Samaritanus. Saadias *angelos* poſuit. متقلبه a قلا *celeriter ſe proripuit,* derivandum eſt. Saadias: ملع سيف متقلب Corrector anon. in Cod. deletis vocibus ſex prioribus ſcripſit: واخرجه الرب الله واحاط من شريق الفردوس كاروبي وحربة نارية Abhinc vero per reliquum Codicem

dicem correctiones manus ejusdem occurrunt perpaucae.

c. V, 24.

وسلك حنوك في طاعة الله وفقد ان تولته الملايكه *

Et perrexit Hanoch in obſequio Dei et deſideratus eſt, cum converſio rerum ipſius (eſſent) angeli.

Obſ. Prius hemiſtichium cum Saadiana Verſione ad verbum conſentit, ſed poſterius noſtro interpreti proprium eſt. Nomen تولة idem quod دولة. Nec ſemper vox malo ſenſu, ut e Golio (p. 403.) colligere poſſes, ſed bono etiam uſurpatur. Poſſes vero vocem تولتة etiam derivare a ولي ut ſit Conjug. V. Id certum eſt, nomen تولة ab hoc verbo deductum neque ex voce دولة mutato د in ت formatum eſſe. Senſus pene idem.

c. IX, 25-27.

وقال ملعون كنعان عبد عبيد يكون لاخوته * 26. ثم قال تبارك الله اله سام 27. ويكون كنعان عبدا له * يحسن الله الي يافث ويسكن في مضارب سام ويكون كنعان عبدا له *

Et dixit: Male dictus ſit Canaan, ſervus ſervorum ſit fratribus ſuis. v. 26. Tum dixit: laudatus ſit Deus, Deus Sami et ſit Canaan ei ſervus. v. 26. Bene faciet Deus Iapheto, habitetque (ſc. Deus) in poſſeſſionibus Sami atque Canaan ſit ei ſervus.

Obſerv.

Observ. Hebr. textus ambigue: עבר למו Sam. versio bis: servus *illis*.

C. X. Geographia illa Mosaica a Samaritano Arabe, qui geographica saepius ex usu sui temporis explicare amat, quo modo intellecta fuerit, avide disquirebam. Sed utplurimum antiquas voces, quas alibi in geographicis cum recentioribus nominibus permutare solet, hoc loco retinuit. v. 3. תוגרמה scribit تكرمة v. 4. אלישה البش v. 5. איי הגוים جزاير. الشعوب v. 23. pro מש مشا ut textus Samar. cum versione. Loca tamen aliquot extant, quae integra exscribam:

v. 10. كانت اولي مملكته بابل واركك واكذ
11. وكلهن بارض العراق * من قلب الارض خرج الي الموصول بني نينوه ورحبة المدن والكرخ وخراسان بين نينوه وبين الكرخ هي المدينة العظمي *

Erat initium regni eius Babel et Arac et Acad et Callahenn in terra Irak. Ex media ea terra prodiit Mosulam, condidit Niniven, scilicet aream urbis et Corcham, et Chorasan inter Niniven et inter Corcham illam. Haec urbs magnorum. (Aut, si mavis) *et castellum et loca vasta sunt inter castellum atque (ipsam urbem) Niniven. Hoc (castellum) est sedes magnatum.*

Observ. عراق العجمي *Assyriae Parthiae* ac *Mediae.* عراق الاعربي *Babyloniae* fere respondet.

Accu-

Accuratius utrumque ex Abulfeda delineavit A. Schultens in Indice Geograph. ad Saladini vitam. Absolute posita العراق semper *arabicam* illam designat. كرخ *castellum* est nomen plurium locorum. e. g. Emphatice positum cum ال *Susam*, urbem, saepe denotat. Sed situs locorum vetat *Susam* huc trahi. Erat *Carcha* urbs ad Trigidem sita v. Ammian. Marcell. XXV. 6. quae etiam Beth Soloce v. Assemanni Biblioth. Or. III. 2. 732. cf. Cel. Bruns Handbuch der alten Erdbeschreibung. P. II. Divis. I. p. 200. Plura Schultens l. c. sub vocibus Kurchanii et Caracha. Utrum per خراسان interpres nomen regionis intellexerit, significaturus: regionem Chorasan inter Niniven et Carcham illam jacere, an vero inter civitates illam numeret an substantive sumat ut pluralem ab اخرس dubito. Plerisque in locis, quae ad geographiam vel antiquissimam vel antiquiorem pertinent, interpretes illi veteres universe, aetate nimirum longius a re gesta disjuncti, conjecturas qualescunque sequuntur.

18. وبعد ذلك تغرقت قبيلة الكنعاني *
19. وكان تخم الكنعاني من نهر مصر الى النهر الكبير نهر الغرات والى البحر الاخير *

Postea vero divisa fuit tribus Cananaeorum. Erantque fines Cananaeorum a fluvio Aegypti ad fluvium magnum, fluvium Euphraten et ad mare posterius.

Obs. Samar. textus et versio in locum commatis

19.

19. prout id in hebraeo ſonat, pro verſione explicationem aliquam ſubſtituerunt, non ſatis accuratam, quam vero Abuſaid etiam h. l. expreſſit. Hauſta videtur ex c. 15, 18.

25. اسم الواحد فلج ان في ايامه تغسّمت الارض ۞

Nomen unius Pheleg, quia in diebus ipſius in partes diviſa fuit terra.

29. 30. كل هاولاي بنو يقطن * وكان مسكنهم من مشا مدخل نابلس جبل القديم *

Omnes illi filii Ioktan, erantque ſedes illorum a Meſa, qua itur Nabloſam, ad montem antiquum (ſ. Aeterni, ſc. Dei.)

Obſerv. An hebr. ספרה cum *Samaria* confudit atque inde aliquid in laudem montis Garizim lubens elicuit? Non minus arbitrarie Saadias مسكنهم من مكه الي ان تجي المدينه *habitatio eorum a Mecca qua venis Medinam.* Gen. 33, 18. Abuſaid pro שכם ponit نابلس ſic vertens locum: وجاء يعقوب سالما الي مدينة نابلس *et venit Iacob Salemam ad urbem Nablos.* Quem ad locum legendus Michaelis Or. Bibl. T. XXII. p. 200.

C. 35, 18.

ودعت اسمه ابن حزني وابوه سماه بنيمين *

edidit

edidit nomen eius Ibn Charni (filium reluctantiae meae f. adverfus me) Pater vero eius nominavit ipfum Biniamim.

Obferv. Coniectura mihi fe offert, annon forte خوني pro حرني legendum fit in Codice, quod fcilicet cum vocibus textus בן אוני fono magis conveniret. ابن خوني *filius praevaricationis adverfus me.* Nomen Biniamini in Cod. Arch. C. 7. conftanter fic fcribitur, ut defiuat in literam *m*, licet Durell l. c. id non notaverit. v. Michaelis Or. Bibl. T. XXII. p. 196. T. XVI. p. 94. Etiam Commentarius Samaritanus ad Gen. 49, 27. (Repertor. bibl. et Orient. literarum T. XVI. p. 197.) iteratis vicibus hoc م habet.

C. 39. 15.

وكان عند سماعه ان رفعت صوتي وناديت
ترك ثيابه بيدي وهرب *

Atque accidit, cum audiret, quod extollerem vocem meam atque exclamarem, reliquit veftimenta fua in manu mea et profugit.

Obferv. Hebr. textus בגדו *amiculum fuum fuperius.* Sam. textus: *veftes fuas.* Alex. τα ιματια αυτȣ. Quae mutatio quam abfurda fit, v. Michaelis Bibl. Or. T. XXII. p. 194. 197.

De Potiphare c. 37, 36. Abufaid:

لفوطيفر خادم فرعون رئيس الذباحين *

C. 41, 16. ubi hebr. textus:

בלעדי

בלעדי אלהים יענה את שלום פרעה:

سوي الله لا يستجيب عن سلامة فرعون *

Praeter Deum non annuetur saluti Pharaonis.

Observ. Etiam LXX et Cod. Laud. 147. qui versionem arabicam Hexaplorum Pentatevchi Syricacorum continet, *negationem* illam habent. Versio Codicis Laud. 147. haec est;

لا يردما لفرح لفرعون الا من عند الله *

Non respondebitur in laetum Pharaoni, nisi a Deo.

C. 41, 43.

ونادي بين يديه الاب الشفيق

et praeconizavit ante eum: Pater commiserans.

Observ. Divisa vox אב רך ad literam *patrem pauperis* denotare potest, coll. ركيك *tenuis opibus, consilio, aliis rebus.*

c. 41, 45.

ودعي فرعون اسم يوسف كنز العلم واعطاه اسنت بنت فوطيفرع امام الاسكندرية زوجة *

et vocavit Pharao nomen Iosephi: thesaurus scientiae, et desponsavit ipsi Asnat filiam Putipherae, sacerdotis Alexandriae, conjugem.

C. 43, 28. Inserit etiam Abusaid:

فقال بارك الله عليه من رجل فخرّوا

Benedicat Deus ILLI PRAE *viro — et prociderunt . .*

Observ. Sam. textus: ברוך האיש ההוא לאלהים

 cui

cui conſentiunt Alex. *ευλογητος ο ανθρωπος παρα τω Θεω.*

C. 45, 19. hebr. textus ואתה צויתה Sam. ואתה צויתך LXX *συ δε εντειλαι* ..

Abuſaid:

وهذه وصيتي هذا اصنعوا خذوا لكم من ارض مصر...

atque hoc praecepi: hoc facite. Sumite vobis e terra aegyptiaca . . .

Obſerv. Vocem ואתה per ואותה *et illud* ſibi explicaſſe videtur interpres.

C. 45, 25.

اعطي للرجل بدلة ثياب ولبنيمين اعطي ثلاث مية درهم وخمس بدلات ثياب *

da viro mutationem veſtis, et Biniamimo trade treçentos Derhem et quinque mutationes veſtium:

Obſerv. Hoc loco Sam. textus חליפת (prius) legit in ſingulari, melius quam textus hebraeus, qui חליפות, unde Alex. *δισσας ςολας* finxerunt.

C. 47, 6.

في جبار الارض اسكن اباك واخوتك يسكنون في الارض السدير

In terra immuni habitare ſinam patrem tuum, et fratres tui habitent in terra Sadir.

Obſerv. Nec aliter *Goſen* vertit Arabs Samaritanus aliis locis c. 46, 34. c. 47, 28. Etiam Saadias في بلد السدير

c. 47.

C. 47, 21.

Hebr. textus ואת העם העביר אתו לערים Sam. ואת העם העביר אתו לעברים Alex. *και τον λαον καταδȣλευσατο αυτον εις παιδας.*

Cod. Laud. 147. de quo infra:

والقوم عبيدا له من اقطار تخومات مصر الي اقطارها

et populum mancipavit (scilicet verbum عبّد *ante* عبيدا *excidisse videtur) servos sibi a lateribus finium Aegypti usque ad latera ejusdem.*

Vulg. SVBIECIT . . *cunctos populos ejus* . . . .

Abusaid:

والقوم استعبدهم فلاحين من طرف تخم مصر الي طرفه *

et populum mancipavit agricolas ab extremo finium Aegypti ad extremum eorum.

Obsrv. Haec V. L. tam contextus auctoritate quam testium consensu lectionem hebraei textus impressi suo iure exterminare videtur. Syrus tamen et Saadias cum hebraeo textu faciunt. cf. Michaelis Or. Bibl. T. XXII. p. 198. Cur Iosephus plebem agrestem, cuius agros emerat, in *oppida et civitates* transtulerit, non video. In *alios* enim *agros vicosque* eam transmigrare iussam esse, ut forte citius venditi patrimonii obliviscerentur (v. Michaelis notas ad Versionem theotiscam huius loci) in textu hebraeo non legitur, sed:

 in

in *oppida*, ſedem *agreſtibus* minime opportunam. Accidit fortaſſis hac vice in textû hebraeo, quod multo ſaepius in Samaritano textu accidiſſe videmus, ut e conjectura qualicunque immutaretur, ne ſcilicet Ioſepho aliqua tyrannidis ſuſpicio ingereretur.

C. 49, 10.

لا يزول القضيب من يهوده والمرسم من بنونه
حتي ياتي الذي له واليه تنغان الشعوب *

Non recedet ſceptrum a Iuda et ſcriba a vexillo ejus, donec venerit is, cui eſt, (aut: *qui eſt illi*) *atque ad eum duci ſe patientur populi.*

Obſerv. In textu Cod. ipſo ſigno vocibus الذي له adpicto, legitur alia manu in margine الملك. Inſuper vero voces الذي له ſuper raſura ſunt, neque primi librarii manu ſcripta. Durell quidem, qui lectionem الذي له utpote cum ſua vocis שילה interpretatione conſentientem amaviſſe videtur, libro cit. p. 233. in nota ſcribit: There is a raſure here in the Ms. but it ſeems to have been made by the ſame hand, which wrote the reſt of the boock. What the lection was, which ſtood there before, cannot be diſcovered. It was not however the ſame, as we read in the Sam. Ar. (id eſt: in Codice ejusdem verſionis altero, Samaritanis literis ſcripto, Arch. Bodl. C. 2.) for there could not be room for it. The two prepoſitions are for the moſt part written above the lines. — In Cod. Arch. Bodl. C. 2. pro שילה legitur سليمان

سلبمان ut Durell edidit. Sed etiam in Codice, *Arch. C.* 7. unde noſtra deſumſimus, ante raſuram lectione prima سليمان ſcriptum fuiſſe, mihi oculis forte acutioribus locum inſpicienti ſatis evidenter *) apparuit. Ultimam eraſae vocis literam ن fuiſſe, ſatis elucet. Circumducta erat ea infra primas duas literas voculae واليه Incepit vero vox eraſa *ſuper* ultima literis vocis ياتي *Unde ſpatii ad vocem* سليمان *capiendam ſatis fuiſſe, mihi quidem indubium eſt.* Vox الملكى in margine eſt *alio* atramento *aliisque* literarum ductibus ſcripta, quam reliquus Codex. Super raſura, ut fit, manus ſcribentis non ſatis certo dignoſci poteſt. Sed mihi quidem viſa eſt eſſe eadem, quae in prioribus capitibus Geneſeos moleſta ſedulitate plura correxerat. Itaque utrumque verſionis Samarino-arabicae Codicem Bodlejanum vocem שילה per سليمان, ab origine expreſſiſſe, ego quidem confirmaverim. Cod. Msus Barberinius, unde Hwiid (Romae. 1780. 8.) idem Geneſeos caput edidit, habet: حتى ياتي مستحقه *donec venerit dignus illo.* Scilicet in locis iſtis, quae olim interpretum *cruces* dicere amabant, diverſi ejusdem verſionis Codices facillime diſcrepant.

*) Ceſſat igitur dubium illud, quod Perill. Michaelis in Introduct. in V. Teſt. T. I. p. 340. ex hoc loco, ut a Durello editus erat, deſumſit, diſquiſiturus, utrum duas verſiones Samaritano-arabicas cognitas habeamus, an unam?

Sed haec pro modulo libelli nostri e Samaritano-Arabe depromta sufficiant. Quae ad selecta aliorum Pentatevchi librorum loca mihi annotavi atque alia integra aliquot capita, quae exscripta ad manus adsunt, in aliud, si favent auspicia, tempus seponere cogimur.

§. IV.

Quamnam versionem Commentarius Arabico-Samaritarus supponat?

Inter has de Samaritano-arabica Pentatevchi versione meditationes succurrit etiam, an aliam forte versionem Arabicam praeter hanc, quae innotuit, habuerint Samaritani, investigare. Qua de re cum historia hucusque nihil nos edocuerit, e re nostra duximus esse, ut unum saltem, ex quo talia interrogare possimus, monumentum consulamus. Ea scilicet commentarii Samaritani pars, quae cum Cel. *Schnurrer* a Doctiss. *White* communicata in Repert. literarum bibl. et Orient. T. XVI. comparuit, utrum Abusaidi illam an vero aliam quamcunque ignotam Versionem sequatur, inquirens, lucem aliquam sperare poteram quaestioni forte affulsuram. Unde quae inveniuntur, haec sunt:

1) Non semper quidem Commentarius versionem literae adstrictam exhibet.

2) Locis nonnullis sensum exprimit a versione Abusaidi alienum, sed eam ob causam, quia diversam textus lectionem adoptaverat, v. c. Gen. XLIX, 21. שופר

pro

pro שפר v. 27. הָרַי pro הורי. Priore in loco Abufaid cum hebraeo ac Sam. textu שפר, in posteriore vero הורי cum hebraeo habet contra textum Samaritanum impressum.

3) Sed tamen ex paucis illis locis, quae versionem strictius exhibent, Commentatorem cum eadem Abufaidi versione consonum deprehendimus, adeoque cum frequentior ille consensus videri non possit fortuitus, eum versione, quae nostrae aetati iam cognita est, usum esse colligimus. Addo, nonnunquam voces Abufaido usurpatas ab eo consulto adhibitas videri: v. c. يشكروا pro יודך c. 49, 8. — المرسم pro מחוקק v. 10. — بذلت فراشي pro חללת יצועי v. 4. — ينكرس علي كردوس pro גדוד יגודנו v. 19. — ابهج pro ארור v. 7. — غصن مثمر pro בן פורת v. 22. et alia id genus plura. Quid? quod sententias integras ita vertit, ut Abufaid: v. c. v. 12. pro ולבן שנים מחלב uterque — وابيض الاسنان من الشحم v. 13. לחוף ימים ישכן يسكن علي ساحل البحر — v. 27. לערב יחלק שלל يقسم بالعشي السلب ut Samaritano-arabica in Triglottis Barberinianis (v. Hwiid) et in Cod. Arch. C. 7. Codex enim Usserianus (ap. Durellium) habet العروب —

4) Textum vero Samaritanum ipsum a Commentatore et intellectum et consultum fuisse, pluribus locis evincitur.

5) Aliam versionem Samaritano-arabicam existere,

re, ex ſilentio Commentatoris negari tuto non poteſt, cuius vel ipſius aetatem neſcimus.

§. V.

De uſu Commentarii Mſi Arabico-Samaritani in Geneſin.

Utinam vero Codice illo Commentarii Samaritano-arabici in Pentatevchi partem, unici, qui Oxonii extare innotuit, per otium et curatius uti liceret. Varia enim, quae jam ingenium Commentatoris jam Samaritanorum opiniones parum omnino nobis cognitas produnt, ibi deliteſcere non contemnenda, uno e capite impreſſo lubentes, puto, videbunt, qui harum literarum ſtudiis tenentur. En vero ſpecimina, quae paginas Tomi XVI. Repertorii ſaepius laudati reſpiciunt atque ordinem ſpeciminis illic exhibiti ſequuntur.

p. 159. ad v. 4. voces פחזת כמים exponuntur: مثل خروجه ونزوله عن هذه المراتب بالما المراق id eſt *ex ſimilitudine, quam ejus abitus et exceſſus ex iſtis ſuis praecellentiae gradibus habuit cum aqua effuſa, quae ſcilicet humi effuſa plane intereat.* Hunc in ſenſum etiam Syrus: DIFFLVXISTI *velut aqua.* Etiamſi lectionem Samaritani textus פחזת non cenſeas veriorem hebraeo פחז (ego vero פחזת non pro lectione genuina ſed pro mutatione habeo interpretandi cauſa facta, qua nimirum ſcriptor textus Samari-

maritani vocem fubftantivam פחז in Rubenem trahendam oftendere, fenfumque magis perfpicuum reddere voluit) ftabit tamen illa Commentarii explicatio, quae fignificatione (originaria) verbi פחז apud Chaldaeos ufitata: *faliit - fub - exfiliit*, nititur. Qua ex fignificatione et *falacitatis ac lafciviae* notatio, quae apud Syros, et *falfae gloriationis*, quae apud Arabes, et ***rapiditatis ac levitatis***, quae aliis locis apud Hebraeos v. c. Iud. IX, 4. Zeph. III, 4. occurrit, fecundum analogiam linguarum facile profluxit.

p. 169. Ad locum noriffimnm c. 49, 10. (ubi Sam. textus רגליו) Commentarius a fe ipfo diffentire viderur. Jam p. 169. ألمرسم من بين رجليه legitur, jam vero p. 170. מבין רגליו de gloria bellica tribus Iofephi fub Iofua et aliis exponitur.

p. 169. c. 49, 10. Vocis שילה interpretatio plane nova ac fingularis occurrit: defignari eum, *qui legem mutaturus fit, quem vero fectaturi fint multi populi, quoniam ament licentiam.* Defcribi *perfonam a profapia eius (من نسله) quae auferet id, quod rectum eft, ab hac tribu, et adfcifcet fectam pravam et perpetrabit licentiam.* Appellari illam שילה a verbo של quod *notet ablationem juris. literam Jod effe. fignum nominis et He augmentativum indicare vehementiam in auferendo jure.* E fequentibus verfibus luxuriem hominis illius atque ad res mundanas vini fexusque cupiditates propenfitatem elicit Commentarius. Diu, quem vero indigitet, dubitanti e verfione Samaritano-arabica avthen-

avthentica quasi explicatio succurrit. Haec scilicet, ut supra monui observatione ad Gen. 49, 10, שילה vertit سليمان Quadrant omnia in Salomonem, quae de felicitate temporis illius et luxu dicunt. Infensus vero atque invisus Samaritano homini is sane erat, qui templum Hierosolymitanum condidisse legitur. Minime igitur miramur, eos hunc iam a Mose male notatum putasse, cum vel nominis (שילה) aliqua similitudine tale quid ipsis videri potuerit indigitatum. Pari acerbitate alterum illud Chronicon Samaritanum Ms. in Samuelem Prophetam invehi, notavit *Reland* in Diss. de Samaritanis §. XXXIII. Ortum fuisse, aiunt, Samuelem e tribu Aaronis, Levitam, *Magum et Virum infidelem* (الساحر والكافر) Vide Hadr. Relandi Dissertationum Miscellanearum Partem II. p. 87.

p. 170. ad v. 11. verbis אוסרי לגפן עירה describi *amplitudinem rerum. Quemadmodum jumenta alligentur viti, donec onusta sint uvis, ita se rem habituram cum illis, qui ista aetate extituri sint.*

p. 171. ad eund. v. חכלילי עיניכם explicat de ازورار العين i. e. *ardore oculi* a زر *arsit incensusque fuit* oculus. Sic etiam Samaritano-Arabica versio: مزور العينين

p. 175. ad Devt. 33, 19. ושפני טמוני חול *Applicandum esse, quod sint fodinae et thesauri in parte Isaschar et Sebulon.* Si quidem שפן compares cum سفن *abrasit, asciavit,* ad literam vertere poteris: *facri-*

crificia ampla faciunt, quia ſugunt (i. e. vivunt) *ex populo marium* et *ſunt radentes abſcondita arenae.*

Ibid. ad Devt. 33, 19. cum Sam. textu הָרִי *montem meum* legit. Satis probabile.

p. 178. ad Devt. 33, 22. יזנק מן בשן *Comparationem fieri cum leone, qui prodeat e Baſan, quoniam ſcilicet leones Baſanitidis ſint validi robore et formidabiles.*

p. 184. ad Devt. 33, 24. ברזל ונחשת מנעליך *Innui, fodinas aeris ferrique futuras eſſe in ditione ipſius numeroſiores quam in quacunque alia.*

p. 185. ad Gen. 49, 21. אילה שלחה *Quemadmodum haec animalia* (الايايل) *pulcre incedunt, ut placeant omnibus, qui ea vident, ita et ille ſecurus incedet in terra ſua.* Explicatio, quae ingenium orientale ſapit, ipſo ex intuitu rei locique hauſta.

שׁפר h. l. pronunciat שׁוֹפָר — In quo neque textum Sam. c. verſ. neque verſionem Samaritano-arabicam ſecum habet conſentientes. Explicat vero vocem Sam. Commentator de canticis et modulationibus, quibus redeuntes peregrinatores ſacros excepturus ſit Naphthali. Eſt certe novum loci explicandi tentamen idque ingenioſum.

p. 187. Gen. 49, 22. בן פרת *Per ramum ſeu filium arboris frugiferae ad fontem plantatae deſignari Ioſephum, quia* DVAS *tribus, Ephraim et Manaſſe, inter filios inde acceperit Iacob.*

p. 192.

p. 192. Gen. 49, 26. pro הוריִ legit הָרְיִ *montis mei.* Itidem diſſentiente textu et verſ. Samar. Intelligit montem Garizim. Lectio ſeu potius pronunciatio ſingularis, qua vero ſumta voces הָרֵי עַד i. q. הרי עולם (Devt. 33, 15.) conjungi poſſent. — Attamen vero ibidem etiam lectionem הורי (genitorum meorum) ſupponit. Scribit enim: يريد به هذه البركة كانت لابرهيم ولاسحق i. e. indicatur h. l. hanc fuiſſe benedictionem Abrahami et Iſaaci. Quod ſi cum iis compares, quae ſupra ex pag. 169. annotavi, duas loci alicuius lectiones auctor afferre et explicare voluiſſe videbitur, earum varietate tamen non diſertis verbis indicata. Variantium lectionum tantum abeſt, ut ignarus fuiſſet, ut potius (p. 163.) pro lectione אדיר v. 7. contra lectionem Iudaeorum ארור diſputans hebraei codicis notitiam ſe habuiſſe oſtendat.

p. 197. ad Gen. 49, 27. *Lupus rapit in extremitatibus diei viatores, cunctantes ut veſpera illis superveniat.*

Denique ad hiſtoriam Samaritanarum opinionum religioſarum duo loca ex Commentario iſto admodum pertinent. Samaritanos aeque ac Iudaeos locis ſacris, vel Garizim monti vel Hieroſolymis, ex Pentatevcho commendationem petiiſſe et auctoritatem, ex Ioſepho (Antiq. XIII, 3. 4.) ac Rabbinis nonnullis novimus. Sed minus patet, quaenam Pentatevchi commata hanc in ſententiam trahi potuerint. Quin difficultatem rei Iudaeos

Iudaeos potiſſimum preſſiſſe ſuſpiceris. En vero, utriusque partis unum ſaltem argumentum Sam. Commentator ſervat. Iudaeos ex loco Gen. 49, 8. וישתחוו לך בני אביך ſuae opinioni patrocinium quoddam petiiſſe ſignificat (p. 167.) hunc ſenſum inferentes: انهم يسجدوا الي بلادك لان القبلة في بلده i. e. *adoraturi ſunt verſus terram tuam, quia Kebla in ditione ipſius futura ſit.* Contra vero ipſe ex pronunciatione הַרִי *montis mei* Gen. 49, 26. non ſine maiori veri ſpecie opportunitatem (p. 192.) arripit, pro ſua Kebla argumentandi. His verbis: SVVM *montem dicit eminentiae et determinationis et explicationis gratia. Quod diſtinctus erat ille mons a reliquis omnibus eo, quod angeli deſcenderunt in eum et majeſtas Dei ſplenduit in eo* (بحلول الملايكه عليه وجلال الله مشرقا فيه) *Atque hoc indicio nobis eſt, eſſe Keblam in patrimonio Ioſephi, ubi eſt Neapolis* (نابلس) *eaque mons Garizim, quoniam Iacob eum ſibi in illa appropriavit, ut antea diximus.* Qui locus etiam ad illuſtranda ea, quae ex Samaritano Arabe ad Gen. X, 30. ſupra attulimus, inſervire poterit. — Etiam in Devt. 33, 19. ſumta lectione הרי (pro הר) Iudaeos montem ſanctum Hieroſol. inveniſſe ſignificat. Locus iſte qui pro parte, cui faviſſet, decerneret cauſam ob ſequentia: ושם יזבחו זבחי צדק in utriusque ſententiam patrocinium advocari potuit.

Unum addimus: interpretem etiam Samaritani textus ex Commentario hoc tum potiſſimum proficere poſſe,

posse, ubi iste opiniones et explicationes supponit, quae a nostra de iis locis sentiendi consuetudine recedunt. Exemplum dicta illustrabit. Sam. textum Gen. 49, 7. vocem ארור in אריר transmutasse omnes vident. Quonam vero consilio? Commentarius respondebit. Ipse nimirum totam periocham v. 5. 6. 7. ita tractat, ut ne fratribus illis, Simeoni ac Levi, ulla caedis macula aspergatur. Patet itaque consilium mutationis illius vocum ארור et אריר et simul, quomodo in Samaritano textu tota periocha ex sensu Samaritanorum interpretanda sit, significatur, longe aliter nimirum, quam quidem in Polyglottis Londinensibus.

Ab hisce autem Samaritanae Hermenevtices speciminibus non dubito viris eruditis aliquod Commentarii illius per totum in usus literarum sacrarum convertendi desiderium fore subnasciturum, id quod ante aliquot annos jam a *Cel. Bruns* in *Oratione de eo, quod praestandum restat in literis Orientalibus* (Helmst. 1781.) provocatum novimus *). Quae pia vota pro novo

*) p. XI. — „neglecta jacet versio Arabica Pentatevchi Samaritani, ex eo potissimum edenda exemplari, quod Simonio et Le Longio laudatum nunc fortasse latet Rotomagi. *Immo in votis habebunt harum rerum periti Commentarium Arabicum Anonymi Samaritani in Genesin, qui Oxonii servatur*, totumque Chronicon Samaritanum fama celebratissimum, cujus fragmenta ediderunt Hottingerus et Relandus, aliquando cum orbe erudito communicari.“

novo hoc doctioris Hermenevtices incremento nemo facilius, nemo inquam auspicatius eventu suo beare posset, quam bini illi in Universitate Oxoniensi literarum Orientalium Statores, quos viros amicissimos mihi ac carissimos ea de re non minus honorifica quam optabili publice heic compellare liceat, ut vel integrum opus aliquando reliquis Clarendoniani preli monumentis in gloriam Anglicae gentis non sine sumtu editis addere, vel loca certe memoratu digniora inde in usus publicos decerpere velint. Id sane, quod et de interpretationibus Karaeorum dicendum est, Samaritanam illam exegesin Rabbanitica multo fuisse et saniorem et sagaciorem, ex uno specimine, cujus excutiendi copia nunc fuit, omnes mecum confirmabunt.

§. VI.

Dubium de auctore Versionis Pentatevchi Arabico-Samaritanae.

Quaestio de Auctore Versionis hucusque descriptae, cum etiam ad definiendam illius aetatem vim habeat, ut penitus explicari posset, optandum est. Omnes quidem, quos legi de Versione hac disserentes, ad Abusaidum eam referunt, idque ex auctoritate Codicis regii Paris. 368. (nunc 4.) cui praefixa praefatio *Abusaïdum*, *filium Abul-Hacein*, *filii Abusadi* introducit de se ipso tanquam auctore verba facientem. Legitur huius praefationis latina translatio facta ab Abbate, *Lud. du Four de Longuerue*, apud *Le*

 Long

Long in Biblioth. Sacrae c. II. p. 117. (Paris. 1723. fol.) atque etiam in iterata huius libri editione germanica in 8. Licet autem negligentia quaedam latini interpretis in vertenda illa praefatione vel ex ipſo interrupto ſibique adverſante translationis tenore ſe facile prodat arabicum textum ad manus non habenti, de nomine tamen iſto non ambigendum videtur. At mox eodem loco citato Le Long e Codice Pariſ. reg. 370. praefationem arabicae verſionis *ſimillimae, ut ait, immo plane ejusdem* affert, praefationi Codicis 368. plerumque conſonam, quae vero ita infit:

> *Dixit ſervus pauper, ſperans veniam ſcelerum a Deo, Abulbircat* *), *filius Said, Baſſorenſis Syrianus. Cum vidiſſem interpretationem &c.*

Codex

*) In Alphabetico indice Le Longiano Abulbircat *Medicus, ex Iudaeo Mahomedanus* fuiſſe notatur, cujus extet Commentarius in Eccleſiaſten arabicus Biblioth. Bodl. Cod. 6076. Ille vero dum Iudaeus fuerat, cur Saadianae verſioni ita infenſus fuiſſet, ut eſt auctor praefationis in Cod. reg. Pariſ. olim 370, vix intelligo, Si Mahomedanum poſtea factum eum has inimicitias in Saadiam contraxiſſe finxeris, cur Mahomedanus omnino de verſione Pentatevchi aut facienda aut corrigenda cogitaverit, non facile video. Cod. ille Bodl. 6076. eſt Pocock. 274. ex quo verſionem arabicam libri Coheleth ipſe transſcriptam habeo. In Hypographe Codicis, quam integram edendi aliam opportunitatem ſpero, vocatur אבו אלברכאת אלטביב ubi utrum vox الطبيب *medicum* an vero univerſe *doctum* denotet, dubium manebit.

Codex igitur Codici manifesto de nomine auctoris contradicere videtur. Argumentum investigatione eorum, quibus monumenta regiae Bibliothecae Paris. patent, facile discutiendum. Interim mihi a thesauris illis disjuncto in mentem venit quaerere, annon primo vox *Abulbircat* ad Deum pertineat, et deinde: an forte in Codice 370. accuratius inspecto pro ابن سعيد (filius Saidi) ابو سعيد vere legatur. His certe sumtis utriusque Codicis testimonium in unum Abusaidum apte consentiret, initio praefationis ita vertendo:

> *Dixit servus pauper, sperans veniam scelerum a Deo, Patre benedictionis, Abusaid, Bassorensis, Syrianus* . . .

Restaret quaerere, annon سمري (Samaritanus) pro سرياني (Syrianus) in Codice scriptum deprehendatur. Neque silendum est, Cel. Adlerum in Itin. Biblico-crit. p. 210. ex ore doctiss. Caussini, Bibliothecarii Regii, binas notitias afferre huc spectantes: 1) quod Codex olim 370. nunc numero 3. sit insignitus 2) quod ipse nonnisi versionem Saadianam contineat, paucis in vocibus difficilioribus immutatam, cuius rei breve specimen etiam ib. p. 211. affertur. At vero ut res plane expediatur, de praefatione apud Le Long expressa inquiri velimus, utrum illo in Codice 3. extet, quid ea de auctore certi referat, atque adeo an Codex olim 370. nunc alius omnino non sit, quam iste numero 3. denotatus. Specimen nimirum a Cel. Caussino cum Adlero, V. Doctiss. humanissime communicatum,

et brevius eſt, et loci difficilioris expoſitionem exhibet. Quo in genere locorum Verſiones alioqui plane easdem nonnunquam omnino diſcrepare, aliis exemplis edocti ſcimus. cf. ſi placet, §. VIII. ad Gen. 49, 10. Sed haec proh dolor! Cum ſexcentis aliis dubiis, quae in muſeo ſedenti ſuccurrunt, nonniſi iis certo illuſtrare datum eſt, quibus in iſtis Bibliothecarum Manuſcriptarum divitiis habitare contingit.

§. VII.
De arabicis Verſionibus e Syra Polyglottorum Londinenſium oriundis.

Notitiam aut ſpecimen ſufficiens verſionis arabicae in Pentatevchum, quae a Syriaca illa Verſione, e textu hebraeo nata atque in Polyglottis Londinenſibus edita, originem ſuam deducat, nullibi invenio. Eremitarum Auguſtinenſium Procurator Generalis, *Georgius*, in Epiſtola ad *Andr. Chriſtianum Hwiid*, quae huius *ſpecimini ineditae verſionis Samaritano-arabicae Pentatevchi e Codice Mſo Barberinae Bibliothecae evulgato* ſubiuncta eſt, p. XV. memorat poſt alia etiam Verſionem arabicam e Syriaca iſta Polyglottorum Londin. oriundam, cuius duo Codices Romae in Collegio Maronitarum aſſerventur. Sed ſpecimen exhibet breve Gen. X, 8. 9. 10. quod, cum Hwiidii libellus Oxonii ad manus non eſſet, cum Bodleianis Codd. comparare non potuimus.

Ad ipſam Hwiidiani ſpeciminis recenſionem verſionem

ſionem ejusdem indolis a Bocharto allegari meminit Perill. Michaelis Bibl. Orient. T. XVI. p. 100. Utitur ea Bochartus ad vocem יזבק Devt. 33, 22. illuſtrandam in Hierozoici P. I. p. 738. lin. 28.

Verſiones Veteris Teſtamenti arabicas in Bibliotheca Bodlejana perluſtranti mihi plura etiam Verſionis arabicae ex ſyra impreſſa derivatae exemplaria ſe obtulerunt. Iam vero cum ſyra verſio ipſa opem criticam et flagitans et dudum promerita, olim fortaſſis eruditorum ſtudia ſibi, ſpero, mancipatura ſit, ut primum de Alexandrina Verſione apparatu Critico Variantium Lectionum collecto deſideria eruditorum a V. Cel. *Roberto Holmes* expleta fuerint, ego quidem Codices illos non praetereundos cenſui, ſed notitiam eorum eo lubentior mecum conſignavi, quo magis mihi ipſos conquiſituro atque examinaturo aliorum deſcriptiones nonnunquam obfuerant. Meum non eſt, alios, ut parum facete aiunt, caſtigare. Quam facile quantique viri his in rebus ſubinde erraverint, quo plus diſcimus, eo ſaepius deprehendimus. Sed errores tamen corrigendi ſunt, ne forte alii iisdem impediti ſcopulis bonas horas perdant, in hoc literarum genere tam amplo tamque diffuſo laborantibus omnium minime perdendas.

Primus autem huius argumenti Codex, ad quem ex indicio Cel. White dato p. 32. et 56. in ipſius *Letter to the Right Rev. the Lord Biſhop of London* (D. Lowth) *ſuggeſting a Plan for a new edition of*

 the

the LXX. (Oxford 1779. 8.) deductus fui, erat Codex Huntingdon. 84. bombycinus, folio minori, Carſchunice idque nitide ſcriptus, qui foliis 240. Catenam arabicam in Pentatevchum exhibebat. Eſt in Catalogo Cel. *Uri* inter Codd. Syr. nro. XXVII. ubi etiam ex hypographe Msi annus ſcriptionis 1889 (= a. C. 1577.) affertur. Commentatores, quorum explicationes ſub initium copioſius, parcius ſub finem libri interſperguntur, ſunt Ephrem Syrus, Philoxenus *) Epus Mabugenſis, Baſilius, Iacob Edeſſ., Gregorius Nyſſ., Ioh. Chryſoſtomus, ܐܘܪܝܓܢܝܣ ܠܠܟܣܘܣ (Origenes interpres) Dionyſius Ibn Selib, Iacob Serugenſis, Epiphanius Cypri Epiſcopus, ܐܘܓܪܝܣ ܐܠܟܣܘܣ (Evagrius interpres) alii. Textus utpote in Catena non ſemper totus inſertus eſt, unde v. c. fit, ut locus Num. XXIV, 7. 8. 9. quam ſectionem quia Cel. Adler ex pluribus Codd. protulit, collationis inſtituendae cauſa transſcribendam judicaſſem, in Codice non legatur.

Cum Huntingdoniano 84. proxime conſentit Cod. *Arch. A.* 155. idem, cui Cel. White in allegata epiſtola

*) Extabant igitur quaedam ἐξηγήσεις in *Vetus* Teſt. ejusdem Philoxeni, cui alias verſio quorundam Vet. Teſt. librorum tribuitur. Cel. Eichhorn Introd. in V. T. T. I. §. 266. Quaedam ex ſcholiis iſtis Philoxenianis impreſſa leguntur in editione Hippolyti Fabriciana ex Catena hac arabica p. 33—44.

la p. 56. et doct. Uri in Catalogo (inter Codd. Syr. nro XXVIII.) numcrum 51. *Arch. D. Bodl.* tribuunt. A *Guisio* in excerptis a Cel. White ibidem editis appellatur *versio Carschunaea*, *apertissime*, ut legimus p. 45. *ex LXX expressa*, *sed locis quibusdam* (e. g. Gen. V, 28. 30. 31.) *tamen cum hebraeo textu conveniens.* Quae notitia quantum fallat, specimen edendum ostendet. Hypographe, unde etiam Codicem hunc certo dignoscere potuimus, typis expressa est ap. Cel. White ibid. p. 55. Denique ex hoc Codice Pocockium locum Gen. I, 1. 2. in Polygl. Anglic. T. VI. (p. 2. notarum ad versiones arabicas) *sub nro.* 4. edidisse observamus.

Tertius, qui mihi innotuit, Catenarum ejusmodi Codex Bodlejanus apud Urium inter Syriacos numerum XXIX in Bibliotheca signum *Marsh* 175. habet. Est chartaceus literis rudioribus, Carschunice, in folio scriptus. Atque cum hoc Codice specimen convenire vidimus, quod in Polygl. Londinensibus T. VI. de versionibus arabicis p. 2. *sub nro.* 5. allatum est.

Quartus erat Bodl. 219. (sive Bodl. NE. C. 3. 3.) bombycinus, foliis 257. Carschunice scriptus.

Quintus denique signo *Pocock* 219. dignoscendus. Habet et hic suum تفسير seu scholia textui intermixta, sed annoymi. Hypographen aut aliud indicium historicum non inveni in Codice, nisi hoc: Ed. *Pocockium* ex Dono *Georgii Cornewall*, mercatoris, Codicem possedisse.

fediſſe. Duos poſteriores apud doct. Urium non invenio recenſitos.

Tandem vero, cum jam diutius Catenis his Carſhunicis immoratus fuiſſem, ex quibus textuum ſeries non ſine taedio colligitur, in Codices etiam binos incidi, qui huius arabicae verſionis ſolum textum offerebant. His igitur in poſterum qui uti voluerit, breviori via deſiderio ſuo ſatisfacere poterit.

Alter ſigno *Hunt.* 186. notatus bombycinus, nitide in forma quadrata exaratus ab initio vero et fine mutilus incipit a Geneſ. I, 14. finitur Devt. 30, 9. Apud Urium inter arabicos nro. IX. indicatur.

Alter vero, qui ſignum *Hunt.* 424. prae ſe fert, (ap. Urium nro. VIII.) chartaceus formaque quadrata ſcriptus, inſoliti quid habuit primum evolventi. Lectis vix primis commatibus verſionem ex Alexandrina natam deprehendiſſe me ſenſi. At dum ad alia loca, inprimis Geneſ. XLIX, comparanda pergo, ab Alexandrina verſione longe recedebat verſio, Syriacam Polyglottorum Londinenſium ſequebatur. Sed mox accuratior Codicis inſpectio, eum ab initio usque ad Gen. V, 10. et ſub finem a Devt 32, 43. e verſione arabica, graecae Alex. filia, ſupplementum accepiſſe, longe maximam et antiquiorem Codicis partem verſione, quae e Syriaca, ut dixi, orta eſt, conſtare — ea ipſa, quam alibi deprehenderam, ſatis aperte oſtendit. Id quod eo in loco, ubi binae hae diverſae verſiones, una alteri quaſi adglutinatae ſunt, exemplo admodum manife-

nifefto in oculos incidit. Legitur nimirum Chronologia fecundum Alexandrinam verfionem Gen. V. usque ad v. [illegible]. Protinus vero in pagina fubfequente textui hebraeo Chronologia confentit, utpote quam nec Syriaca Verfio mutatam habet.

§. VIII.

Genef. c. XLIX.

ex Cod. Hunt. 84. coll. Cod. Arch. A. 155.

1. 2. دعا يعقوب بنيه وقال لهم اجتمعوا a. يا
بني يعقوب aa. وانصتوا لاسرايل ابوكم *

V. L. *) ex Cod. Arch. A. 155. a. + وانبيكم
بما يصيبكم في احر الايام. اجتمعوا وانصتوا
aa. واصغوا

Obf. Unum hoc exemplum fatis clare oftendit, in Catenis textum fubinde contractiorem exhiberi. Cuius generis difcrepantias nemo tamen inter Variantes veri nominis referet.

3. روبيل انت بكر قوتي وراس عوني
b. وساير شدّتي *
b. + ساير حملي

Obf. عُوُن plur. ab عانة *pubes maris aut foeminae.* Interpretatio valde appofita. LXX vertunt τεκνων μȣ interpretatione eodem vergente. Syrus:

*) Signum + additamentum in Cod. inveniri fignificat.

ܐܬܩܛܥ ܘܐܬܦܣܩ Ad explicandum אתני adhiberi posset h. l. vox. اوان *καιρος*, *tempus opportunum.*

4. طلعت مثل الماء لا ᶜ يلبث انك انت ارتقيت مضجع ابيك بحق لقد نجست فراشي وصعدت عليه *

c. الذي لا يلبث — In margine vero تلبث Syrus voces אל תותר *de aqua ita effluente, ut nil maneat reliquum*, intelligit.

5. شمعون ولاوي ᵈ. *) انايا الرجز من سو 6. ᵉ. قومهما (** * ولم تطلع نفسي علي سرهما وعند اجتماعهما لم انزل عن كرامتي من اجل انهما بغضبهما قتلا القوم وبغضبهما عقروا السور ᶠ *

d. الاخوين + e. سوسها Superius adscriptum habet: هكبنهما ***) in margine vero: طبعهم نس وضوتهما (*natura ipsorum praeceps fuit et voluntas ipsorum*) — الصور f. *)

7. ملعون غضبهما فانه شديد ᵍ. وغضبهما وانه قاسي. اقسمهما في يعقوب وافرقهما في اسرايل *

g. وغيظهما

*) Sic in Mso.

**) قبيم *natura.* i. q. سوس

***) *audacia eorum.* تهكن Poenitentia 2. accessus, *audacia*, Giggeius. An vero forte كونهما legendum?

*) *murus.* cf. v. 22.

8. [h] يهودا لبك (* ياتترفون اخوتك ويدك علي ارقاب اعاديك. [i] وسجد لبك بني ابوك *

h. يا يهودا لك تسمح اخوتك. i. لك تسجد بنو . .

9. شبل [k] الاسد يهودا من [l] القتل يا بني [m] صعدت. [n] اجثم وارض مثل الاسد او مثل شبل [o] الليث من (** [p] يستطيع ان يزيله عن فريسته *

k. الليث l. النصب. m. نجوت n. اتكيت o. وثبت (In margine Cod. Arch. A. 155. سر. من القتل يا ابني صعدت p. يثيره (*** جاثم ورابض i. e. *Syrus*: *a caede mi fili afcendifti. In pectus procumbens et recubans.*)

10. لا يفقد السبط من يهودا ولا (* نبيا من بين

*) Sic in Cod. pro لك يترفون aut a ترف *laeti bonis affluent* aut a رفا *congratulabuntur*. Cod. Hunt. 186. يعترف

**) *quis potis eft, ut dimoveat ipfum a praeda fua.*

***) Verbum جثم *de ave*, dici Golius indicat p. 930. ut برك de camelo et ربض de leone. Tranfiit h. l. ufus vocis in *hominem*. cf. v. 14.

*) Forte انبياء *prophetae*.

بين اطرافه حتي ياتي الذي له الكل واليه تنظر الشعوب *

Arch. A. 155. aliam verſionem exhibet commatum 10. 11. 12., cognatam tamen: لا يزال الغضيب من يهودا والمتسلط من بين فخذيه حتى يج الذي ذلك له واليه تنتظر الامم *

11. ليربط بالكرمة جحشه وفي (* الغطيب

12. ابن اتانه. ويدم العنب رضاه وعيناه تستجهران من الخمر واسنانه من اللبن *

يربط الي الكرمة .جبشه وبغضبانها جبش اتانه. وغسل من الخمر متماسره واسنانه بيض مثل اللبن * In his verſibus *Poc.* 219. conſentit cum *Arch. A.* 155. Pro خبشه habet tamen جحشه et pro جبش etiam جحش Verba: *veſtem ſuam et uvarum ſanguine operimentum ſuum*, omittit Cod. Arch. A. 155. voces: *Lavabit vino veſtem ſuam* om. Hunt. 84. Verba: ويدم العنب رضاه *et in ſanguine uvarum beneplacitum ipſius*, quam lectionem in textu ſupponant, hariolari non poſſes. Sed Poc. 219. habet integrum textum: يغسل بالخمر لباسه ويدم العنب رداه عيناه من الخمر متباسره Unde quid in reliquis Codd. exciderit, facile ſuppletur.

13. زبالون يحل علي ساحل البحر وهو علي

*) Forte: الغضيب

علي حسن السغن ومنتهاه الي صبدان *
14. ايساكر رجل جري جاثم علي السبيل *
15. وراي (*q. مححانة ان هي حسنة r. وارضها
صالححة خضع عنقة s. لاتعبك (** فوجبة علية
t. الجرية *

q. مححلة r. وارضة s. العبون Sed in marg. ſcriptum لاتعبك — (*tributum*) الضريبه t.

16. دان يدين شعبه كاحد اسباط اسرايل *
17. يكون دان مثل حية u. رابضه علي
الطريق ومثل v. الافعي علي السبيل w. تنتهش
الفرس عند حافره ويصرع الفارس الي حلفه *

u. رابضه om. v. ابن فترة —
(In margine : ابن قنزه ∴ حرمنا „Churmana, filius comae circa caput diſperſae“ قنزه nimirum pro قنزعه ſcriptum eſſe auguror, ſi quidem قنزه legendum eſt. Sed fortaſſis ille, qui ex arabico Codicem Carſchunice transſcripſit, قنزه per errorem pro فترة legit, cum duae hae voces nonniſi punctis appoſitis diſtingui poſſint. חורמנא = צבעוני v. Caſtelli p. 1403. Eſt ea ipſa vox, qua Syrus h. l. utitur. ابن فترة *filius torporis.* Sic piſcis, quem ab effectu *torpedinem*

*) Sic in Mso. Lege: ܡܫܟܢܬܗ *manſionem ſuam.*

**) ad literam: „et neceſſitas ſuper illo fixum tributum i. e. tributa certa ab ipſo exigentur.“ Sic جرايه Rom. 6, 23

dinem vocant, فترة dicitur v. Caftelli p. 3107. Angui cuidam a fimili effectu, idem nomen dari, non improbabile eft.) — ينهش w.

18. x. الخلاص انتظرت يا رب *
x. الخلاصى

19. جاد قايد y. الجش وهو يغغوا على الاثر *
y. الجبش

20. أشير ارضه صالحه وهي يرزق الملوك *

21. z. نغتالي هو a. مسبر نصوحا (* ويحتبر كالغول الصالح *
z. نغتالبم a. بشير جواد

22. ابن تربيت يوسف ابن تربيت اصعد b. العين والبنيان (** الحتيف انه اصعد c. السور *
b. يا عين c. (*** الصور

23. *) d. روسا جنون الملوك e. واذمروا به g. السادة *
d)

*) Sic in Mso. An مخبّر?

**) Sic in Schedis. Nefcio annon عتيق legendum? Syrus ܥܬܝܩܐ

***) Scripferat librarius السور, fed poftea س erafit, cf. fupra v. 6. Senfus idem.

*) Verfum hunc mutilum ut nunc ex Mfis reftituere pofsem, fruftra opto a Bodlejana diffitus.

d. وسا جنون .e واتمارن .g + خثرة

24. والجنون فرجت بالشرة قوتهم وانبدن الذرع ايايديهم من يدي .h عزيك يعقوب ومن اسم .i حاجر اسرايل *

h. عزيز .i اسم راعي حاجر

25. الله ابيك هو يعينك وايل شدي يباركك عليك باركات السما من فوق وبركة الغمر من الربض من تحت .k *

k. + بركة الثدين والرحم كثرة

26. .l وبركة بركات ابيك علي بركة .m والدتك (* علي رجز الاجام الدهرية .n يكون علي راس يوسف وعلي راس .o كليل اخوته *

m. والذي .n تكون .o اكليل l. abeft l.

27. بنيامين ذيب خاطف .p بكرا ياكل الغنيمة وبالعشة يقسم ما انتهب *

p. بكرة

28. هولاي كلهم اسباط اسرايل الاثني عشر . . . .

Poft haec in Cod. Hunt. 84. fequitur explicatio ex Ephraemo et deinde finitur narratio, non inferto textu biblico, ex Ibn Patrick, hac formula initiali:

قال سعيد ابن بطريق باطريرك الاسكندرية — —

Cod. Arch. A. 155. fupplet verfum:

وهذا

*) *Super impuritatem fylvarum mundanarum.* i. e. *fuper idola.*

وهذا ما قال لهم ابوهم يعقوب وبارك عليهم
وقال لهم كالانسان كنحو بركته *

§. IX.

Specimen verſionis arabicae e Syriaca Polyglottorum ortae, e Cod. Hunt. 186.

Addo brevius ejusdem verſionis ſpecimen, ſed multis in locis immutatae, e

Cod. Hunt. 186.

quem utplurimum punctis diacriticis, quos ego h. l. ſupplevi, carere, nec ſatis diſtincte et accurate exaratum eſſe antea notandum eſt.

Gen. XLIX, 5-12.

٥. سمعون ولاوي الاخوين اناء الغضب من
6. نمرهما * بسرهما لم يدخل نفسي
. وبجمعهما لم هبط عن كرامتي (* منحل
انّهما بغضبهما قتلا البَوم (** وبغبطهما
7. هدما السور * ملعون غضبهما انه شديد
وغيظهما انه قاس اقسامهما في يعقوب
8. وابذارهما في اسرايل * يهوذا لك يعترف
من اخوتك يدك على رقاب اعدايك
9. يسجد لك بنو ابيك * جرو الاسد يهوذا
من القتال يا بني صعدت جثم وربض مثل

*) Legendum من أجل

**) Sic in Cod. Lege القوم

10. الاسد ومثل جرو الاسد من سغته * لا يفقد
سبط من يهودا وموج من بين رجليه الي
ان يجي الي هي له المملكه ومن يقبمه
11. واياه تنتظر الشعوب * توثق بالحباله
12. جحشه (* والغضبب ابن اتانه * يغسل
بالخمر ثيابه وبدم العنب (** زاده فيرون
عيناه من الخمر واسنانه ابيض من
اللبن . *

Obſ. Vox موج quae v. 10. pro מחוקק poſita eſt in hac verſione, *declinationem a juſto et aequo* ſignificat ***). Dubius haeſi, quid haec ad hunc locum? donec in Samarit. Commentario (cf. ſupra §. V.) ad h. l. explicationem vocis שילה legerim: *deſcribi perſonam a proſapia Iudae, quae ablatura ſit id, quod rectum eſt, a tribu hac, adſciſcens ſectam pravam et perpetrans licentiam.* Repertor. literar. bibl. et Orient. p. 169. Hinc in mentem venit, annon auctor textus in Cod. Hunt. 186. aſſervati in ſimilem interpretationem propenderit et Syriacum ܡܦܫܩܢܐ *(interpres)* ex arabico, quod forte ipſi erat magis in promtu, explicaverit. بدوق nimirum reſpondet hebraeo ממזר apud

*) Legendum forte: والي الغضيب

**) Sic cum ز punctato Ms. مزود *pera viatorum, marſupium.*

***) Vox a Golio ad radicem ماج relata pertinet potius ad وجي

apud Arab. Sam. Devt. 23, 2. v. Caſtelli p. 286. Ibidem مبلقة occurrit: *verbis potior quam factis, σπερμολογος.* Etiam apud Syros verbum ܦܪܣ ſignificationem *ſpargendi* habere notum eſt.

§. X.

Specimen Verſionis arabicae, e Syriaca Polyglottorum ortae, e Cod. Hunt. 424.

In arabicis Verſionibus e Syriaco id fere deprehendimus, quod Hieronymus (praef. in Ioſuam) in latinis: tot eſſe exemplaria, quot Codices.

Cum ſpecimine allato e Cod. Hunt. 186. magis quam cum prioribus conſonat translatio ejusdem capitis itidem e Syriaca Polyglottorum pendens, cuius aliquam partem e Codice Hunt. 424. ſubjungo.

Gen. XLIX, 3-27.

3. روبيل بكري انت قوتي وراس شدتي للفضل
4. الشرف وفضل العز * ظللت مثل (*المها فلم
تمكث ان صعدت الي مضجع ابيك
بحنق لقد طمثت فراشي (** وتناولته *
٥. سمعون وليوي الاخوان انا الغضب من
٦. دمارهما * في شرهما لم تلح نفسي وفي
جما

*) Gol. مهاة *aqua s. ſperma admiſſarii.*

**) *et juſtam ejus rationem*, (v. ذول *quod convenit aut oportet.*) — Gloſſema.

جماعهما لم اهبط من كرامي من) اجل
انهما بغضبهما قتلا القوم وبحنقهما اخربا
7. الحصن * ملعون غضبهما ما اشده
وحنقهما ما افظه واغلظه قسم اقسمهما في
8. يعقوب وابذرهما في اسرايل * يهودا انك
يعرف لغوتك ويدك علي رقاب (* اعدايك
9. يسجد لك بنو ابيك * شبل الليث يهودا
من القتل بني صعدت جاثم واربض مثل
الاشد ومثل الليث ينبعث من (** قنيبه *
10. لا يزال في وسط يهودا ملكا مسلّطا وبني
(*** يغول النبوه حتي ياتي الذي له الملكا
11. واياه ينتظر الشوعب * الذي بالحبله
12. مهر وبالقضيب ابو اتانه * يغسّل بالخمر
ثيابه وبدم العنب رداه عينا افتتن بشهله
من الخمر واسنانه ابيض من اللبن *
13. زبولون علي شاطي البحر يسكن وعلي
احسن النواوخ (* والسفن ومنتهاه الي
14. صيدا * ايسحر رجل جري جبار رابض
15. في الازقه الطرق * وراي معلته حسنه
وارضه

*) Sic in Schedis. Lege اعداوك

**) Lege قنيبة

***) Post بني vocula excidisse videtur, respondens hebraeo רגליו. Mox v. 11. ابو pro ابن —

*) و fortassis delendum.

وارضه صالحه ذات ثمار وطاطا راسه
لكد فاذا (* الخزيه والخراج:
16. دان يدين شعوبه كاحد اسباط بني
17. اسرايل * تصير دان ثعبان علي قارعة
الطريق مثل ابن فتره علي السبيل يلذع
الغرس في رسغه ويلقي ذا لبه لخلفه *
**) 20. 18. لخلاصك انتظرت يا رب * اشير
21. ارضه مالحه وهو يرزق الملوك * نفتالي
22. يصير حوان بحر الغول الصالح * يوسف
بن الشرف والثبيت تمثل العين البك كما
تمتد الي بنيان مبز يصعدوا في سوره ماروه
23. فاثرو او اثمروا به ساده الجنون * رجعت
بالعز قوسه ونغرق عنه ذو اعا ديه عن
24. الاستغام من اخوته * وذلك بين يدي
الرب عزيز يعقوب ومن اسم داعي صغار
25. اسرايل * الله ابيك يعينك وينصرك
ويوبدك والله (*** المواعبد يباركك
ويكافيك مونبك. بركات السما من فوق
وبركات علات للارض التي تكون من للامطار
المبكره بركات الزرع والضرع والرحمه بابي *
26. بركات ابيك كثرت عليك وبركة والديه الي
اخرا الدهر فتلون هذه البركات علي راس
يوسف

*) Forte: الحجرية ut fupra p. 45.

**) v. 19. de Gade abeft.

***) Lego: المعابون

يوسف وعلي اكليل (* رويس اخوته.
27. بنيامين ذيب مختلس بكره ياكل
الغنيمة وعيش يقتسم ما انتهب *

§. XI.

De Verſionibus arabicis ex Syriaca Polyglottorum Londin. derivatis aliquae Obſervationes.

Pauca occurrunt de allatis ſpeciminibus et de indole huius verſionis obſervanda: *I. de verſione Catenarum ſupra deſcriptarum diſpiciamus.*

1) Eam ex Syra Polyglottorum derivatam eſſe, quaevis fere linea oſtendit. Inprimis v. 5. 20. 21. ea de re charaćteriſtici ſunt. Etiam in voculis cum iſta conſentit v. c. v. 4. ثقل بحق *vere tum.*

2) Antequam hac verſione tanquam ſubſidio critico ad Hebraeo-Syriacam illam emendandam uti quis poterit, ipſi plures etiam huius ipſius arabicae verſionis Codices comparandi ſunt, quos a ſe invicem multis modis diſcrepare videmus.

At quousque tandem moles illa Variarum Lectionum excreſcet? Audio. Sed acti labores, poſteris certe, jucundi; id quod omnes ad N. T. experimur. Nec unus omnia perficiat. Qui ad rem criticam accedunt, hac vel illa aut Codicum aut verſionum collatione ſuſcepta attentionem exerceri, judicium cum ingenio critico acui, interpretandi facultatem confirmari,

 expe-

*) idem quod رئيس

experientia difcent, neque eos in hac gymnaftica arte tempeftive defudaffe olim poenitebit. Tum labor fingulorum dummodo accurate peractus in commune literarum commodum in Repertorio aliquo affervetur. Alius alia addet, junctisque viribus fenfim fine fenfu opus abfolvetur, cuius taedio devorando finguli omnino fuiffent impares.

3) Verfio e Codd. Hunt. 84. et Arch. A. 155. edita, quam pro fundamendo ponendam judicavi, nonnunquam fenfui magis quam literae inhaeret. v. c. v. 9. *quis potis eft, ut dimoveat ipfum a praeda fua.* v. 15. *ad ftipendia pendenda adigetur.* Adde v. 24.

4) Ibidem variantes lectiones veri nominis deprehendimus fed perpaucas: v. c. v. 24. fyrus impreffus: ܩܫܬܗ *arcum ejus.* Verfio vero fenfum hunc exhibet: *Turmae diffipentur cum audacia roboris ipforum*, adeoque lectionem ܩܫܬܗܘܢ fupponit, prout manifefto exprimit ܗܘܢ pro ܗ in fequenti voce: ܐܝܕܝܗܘܢ manus *ejus.* v. 26. Syrus: *genitorum meorum* (non: primogenitorum meorum, ut latine vertitur in Polygl. Londin.) Verfio: *genitricis tuae.* v. 27. In Syro voces: *comedet* et: *dividet* transpofitae funt, id quod fenfui magis conveniret. Verfio arab. ponit eas eodem ordine, quo textus hebraeus.

5) Explicatio non vulgaris ibidem occurrit v. 26. ubi voces: *usque ad fiduciam collium feculi*, intelliguntur

guntur de idololatria in nemoribus collibusque commiſſa. Ioſephum benedictum vult *contra idololatriam lucorum ſeculi.*

II. de Verſione Codicum Hunt. 186. *et* 424.

Verſiones ex Codd. Hunt. 186. et 424. editae multis in locis plane novae (inprimis v. 10.) in aliis tamen translationi ex reliquis Codicibus praemiſſae ita conſentiunt, ut eundem eos fontem agnoſcere pateat, licet pluribus, paucioribus mutationibus aliunde aſſumtis ab iſto longius receſſerint. Magis, quam prior recedit verſio in Cod. Hunt. 424. quae ſubinde gloſſemata intermiſcet (e. g. v. 15. ذات ثمار v. 13. الذي ويكافيك موتبك v. 25. النواوخ et mox تكون من الامطار البكره) non incongrua, ſubinde explicationes exhibet ſatis aptas (v. 12. المتنقل بشهله *oculi oberrantes in colore rubicundo* v. 22. دين شرف وثبيت *excellens et firmato animo.*) Nec ſemper verſionem Syriacam in Polygl. ad verbum ſequitur (v. 10. tot. v. 22. تمثل العين et ميز يصعدوا في v. 26. الي اخرا الدهر etc.) meliorem ſubinde ſenſum, neſcio unde? exſculpens.

§. XII.

De Targumim Pentateuchi Syriacis eorumque fragmentis Arabicis.

Dum Catenis illis Syro-Arabicis utebar, obtulit ſe ſimul certior notitia de Targumim Syriacis, quo-

rum mentionem Cel. Eichhornii Introd. in V. Test. §. 274. b. fecerat. Iacobum Edessenum *narrationibus* quibusdam, ut ipse ait, *hebraicis accuratioribus* (id est: *authenticis* ܥܒ ܫܠܝܡܝܢ s. *satis probatis*) usum fuisse, ex Assemani Bibl. Orient. T. I. p. 65. discimus. Cel. White autem in Epistola saepius laudata p. 47. ex Schedis Guisianis fragmentum edidit, cui hic titulus praefixus est: *Ait Hippolytus, Syrus Interpres τ8 Targum.* Quo sub titulo tum fragmentum ex Catena Arabica arabice ibi exhibetur.

Nec difficulter plura eius generis fragmenta in Cod. Hunt. 84. jam (§. VII.) descripto invenimus, quae nunc *Hippolyti* nomen solum praefixum habent, nunc Hippolyti *et Iacobi Edesseni* nomina conjungunt. Sed, cum ad transscribenda quaedam loca extantiora calamum pararem, Fabricii editionem *) Hippolyti (seu potius: Hippolytorum) antea consulens, plura jam et quantum satis est ad judicium ea de re confirmandum, ibi pag. 33 — 44. ex ipsa hac Catena atque alio Codice Bodl. NE. C. 3. 3. quem suo loco §. VII. memoravimus, typis edita deprehendimus. Unicum addo, quod forte occurrebat de Bileamo. De reliqua Bileami historia Catena Hunt. 84. textum biblicum exceptis versibus Num. 24, 15 - 24. omisit. Sed eo fusius rem gestam omnem, inprimis asini illam, Hippolyti verbis

*) Hamburgi 1718. Vol. I. II. fol.

verbis inferit, non tamen auctam ex traditione nisi ab initio, quam partem igitur huc transscribam:

قال ايغوليطوس مغسر الترجوم. ان بلعام
مذاهل مدين. وهو من نسل اولاد قنطورا
امراة ابراهيم الثانية الذي تزوج بها بعد سارا
زوجته وهذا نسبة بلعام. بلعام ابن باجور
ابن ابيدع ابن مديان ابن اشوديم ابن داران
ابن يغشان ابن ابراهيم من قنطورا. وهذا
كان عرافا وقاضوما. وارسل اليه بالق ابن
صغور ملك مدين....

Dixit Hippolytus, interpres Targum: Omnino Bileam dereliquit Midianitas. Erat enim ex stirpe filiorum Kenturae, uxoris Abrahami alterius, quam duxit post Saram uxorem suam. Atque haec Genealogia Bileami. Bileam filius Begor, filius Abida, fil. Madian, fil. Aschudim, fil. Daran, fil. Iakschan, fil. Abraham ex Kentura. Haec vero de cognitione et divinatione ipsius. Misit sc. ad ipsum Balak, fil. Zephor Rex Midian ....

Mirabar profecto, Bileami historiam hoc unico tantum μυθȣ ιȣδαικȣ ornamento scilicet illustratam dari. Targum Ionathanis Bileamum et Labanem pro eodem habet homine, hoc loco cum traditionibus illis Syro-arabicis non consentiens.

Quod reliquum est, observamus:

1) Hippolytum (ex allata inscriptione) non Syrum

 Tar-

Targum vertiſſe, ſed in Syriacam linguam transtuliſſe Targum.

2) Cur Iacobus Edeſſenus illi ſubinde jungatur, non ſatis quidem conſtare. Sed *narrationibus* illis *Ebraicis ſatis authenticis* cum Iacobus Edeſſenus uſus fuerit, ipſe traditionum amator cum Hippolyto, ejusdem generis homine, tum potiſſimum conjungi potuerit, ubi loca apud Iacobum Edeſſ. e *narrationibus* illis *hebraicis* excerpta cum Targum Hippolyti conſentire deprehendebant.

§. XIII.

De arabica verſione, quae e graeca Alex. originem traxit, duplici.

Arabicas verſiones *ex graeca Alexandrina oriundas* in MſſsOxonienſibus inveni, quam putaram paucioribus. Unum vidi Codicem qui Pentatevchum integrum complectitur. Hic nitide exaratus auroque hic ibi decoratus ſigno *Laud. A.* 182. noſcendus apud doct. Urium inter Arabicos primo loco deſcribitur. Saepe voces alias rubro purpureove colore, explicandi cauſa, textus ſupra adſcriptas habet. A Thoma quodam Monacho exaratus anno Aerae Martyr. 1064. uſibus Chriſtianorum inſerviit; id quod poſt alia etiam ex allegationibus Veteris in Novo Teſtamento in margine annotatis apparet.

Alium Codicem, qui Pentatevchi verſionem ex Alexandrina natam offerebat, antea iam ſub ſigno *Hunt.*

Hunt. 424. descripsi. Continet nimirum huius versionis nonnisi fragmenta duo, Gen. I. usque V, 10. et Devt. 32, 43 usque ad finem. Reliquam Codicis partem versione, quae ex Syriaca Polyglottorum Londin. derivata est, constare, iam (§. VII.) memoravimus.

De una versione arabica e graeca Alexandrina, quae est apud Rev. Patrem *Georgium*, Eremitarum Augustin. Generalem, vide notitiam e libello Hwiidiano saepe laudato haustam in Michaelis Bibl. Orient. P. XVI. p. 97. De pluribus ejusdem classis versionibus v. ibid. p. 73. Sed certiora de iis atque ad judicium criticum instituendum idonea publice nondum data sunt.

§. XIV.

Specimina versionum duarum arab. e graeca Alexandrina derivatarum e Cod. Laud. A. 182. *et Hunt.* 424.

Ad novum genus arabicarum Pentatevchi versionum transiturus primo periocham Num. 24, 7. 8. 9. e Cod. *Laud. A. 182.* huc transscribam, cuius comparatio cum specimine Codicis Medicei ejusdem indolis a Cel. Adlero edito institui poterit. Deinde editis commatibus Gen. I, 1 — 5. e *Cod. Laud. A. 182.* atque *Hunt.* 424. discrepantem utriusque Codicis versionem comparandi occasio suppetet. Tertio loco caput Gen. XLIX. e Cod. *Laud. A. 182.* sequatur.

I. Num.

I. Num. XXIV, 7. 8. 9. *e Cod. Laud. A.* 182.

سيخرج رجل من نسله ويتسلط في شعوب
كثيرة. ويرتفع علي مملكة عوج وتمن
8. مملكته * والله هداهم من مصر لمجد
ذي القرن الواحد. وانه سياكل عداه من
الامم ويبتلع شحم وبسهامه يرشق اعداه ۞
9. ربض واستراح مثل الاسد ومثل الشبل من
الذي يغيمه. من يباركك مبارك ومن
يلعونك ملعون *

[1] Codicis Medicaei (Biblioth. Palatinae XII. nunc 57.) locus comparandus extat in Cel. Adleri itiner. biblico-crit. p. 179. (coll. pag. 68. 69.) atque in Cel. Eichhorn Introd. in V. T. §. 295.

Utriusque Codicis versio cognata quidem apparet, sed in multis tamen vocibus discrepat. Cod. Laud. A. 182. vero accuratius textum exhibet, quam Medicaeus.

II. Gen. I, 1-5.

1) *e Cod. Laud. A.* 182.

2. في البدء خلق الله السماء والارض * وكانت
مرية
الارض غير منظورة وغير مستعلة والظلمة
ورياح ترفّ
علي وجه الغمر. وروح الله تهب علي
3. المياه * وقال الله ليكن النور وكان
النور

4. النور * وراي الله النور حسنا وفرق الله
وبعا
٥. بين النور وبين الظلمة * وسمي الله النور
سماه
نهارا والظلام دعاه ليلا . وكان مساء وكان
واحدا
صباح يوما اول *

In omni reliquo Codice voces illae *συνονυμως* supra adſcriptae multo rarius apparent. Subinde Copticis literis quaedam ſunt adpictae. Pauca alia e notaminibus de Codice hoc excerpenda reſtant:

C. II, 11. in textu ارض حويلا in margine
اي ارض الهند

12. text. دجلة ... ياتي الي العراق
ſupra adſcriptum: الموصل

15. binae voces: *της τρυφης* non expreſſae ſunt.

C. IV, 6. 7. 8.

فقال الرب الله لقايين لم حزنت ولم اذا عبست وجهك . ان استقام قربانك . او لم يستقم فماحتبارك خطيبك ورجوعها يكون عليك . وانت تقبل عليها . ثم قال قايين لهابيل اخيه لنمض الي الحقل ...

Heic notandum eſt, v. 7. pro *ημαρτες* verſionem ponere: *in ambitu tuo peccatum tuum*, id quod cum hebraeo magis conſentit. *ησυχασον* omitt. Pro *αποςρ. αυτȣ*

αυτȣ habet *απ. αυτων*. Pro *αρξεις αυτȣ* hab. *αρξ. αυτης*.

C. VI, 14. Alex. *κιβωτον εκ ξυλων τετραγωνων*. Versio:

قلدا مربعا من خسب لايسوس

navem quadratam ex ligno Laisus.

لايسوس quid?

C. IX, 6. Post *αιματος αυτȣ* addit *αιμα αυτȣ*.

ومن اهرق دم انسان يهرق دمه بدل دمه ..

Textus Alexandrinae ita constituendus videtur: *αντι τȣ αιματος αιμα αυτȣ εκχυθησεται*. Pro hebr. באדם vertunt בָּדם Vulg. באדם non vertit. Mihi quidem V. L. Alexandrinae (בדם) non improbabilis videtur.

C. XIV, 1, Alex. Ελαμ Cod. عيلم supra adscriptum خورستان

2) Gen. I, 1 — 5.

e Cod. Hunt. 424.

في الابتدي خلق الله السموات والارض *
2. وكانت الارض غبر (* منحوظر وغير متغنه
وفوق اللجه ظلمه . وكان روح الله يطغوا
3. علي الماء * وقال الله ليكن الضو وكان
4. الضو * وانصي الله الضو انه جيدا وافصل
5. الله فيما بين الضو والظلمه * وسما الضو
نهار ودعا الظلمه ليلا . وكان مساء وكان
صباحا يوم واحدا *

Statim

*) منخطر? *sine pulcritudine*, an vero: منظور?

Statim apparet, hanc verſionem plane aliam eſſe, quam quae in Cod. Laud. A. 182. ſervatur. Indolem ſpirat hoc ſpecimen non vulgarem. Quo magis dolemus ipſius nonniſi fragmenta in Cod. Hunt. 424. reſtare.

III. Gen. C. XLIX.

e Cod. Laud. A. 182.

1. فدعا يعقوب بنيه وقال اجتمعو لاعرّفكم
2. ما سيصيبكم في اخر الايام * اجتمعوا واسمعوا يا بني يعقوب واصغوا الاسرائيل
3. ابيكم * . روبيل بكري انت قوّتي وراس اولادي ودخلت بقحة وصعوبة الغلاظة *
4. وشتمت مثل الماء المهراق لانّك صعدت الي مضجع ابيك حينيذ نجّست
5. الفراش الذي صعدت اليه * سمعون ولاوي
6. الاخون كمّلا الظلم (* بارادتهم * ولم تسرّ نفسي بمشورتهما . وباجتماعهما لم تسرّ كليتاي (** . لانّما بغضبهما قتلا رجالا . وبشهوتهما

*) Forte بارديتهم LXX ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν, id quod rectius diviſim legitur (ἐξ αἱρέσεως α) ut vidit araba interpres, cf. *Grabe* in Rep, P, IV. p. 12.

**) pro كلياتي

7. وبشهوتها عرقبا السّور * ملعون غضبهما ما افظّه وحميّه قلوبهما ما (* اصعبها . اقسمهما من يعقوب وافرقهما من اسرائيل *
8. يا يهوذا تباركك اخوتك يداك يكون علي رقاب اعدايك (** تسجد لك بنو
9. ابيك * شبل الليث يهوذا من النصب ازهر يا بنيّ ارتفعت واتكّات ورقدت مثل الاسد
10. وكشبل الاسد الرابض من يُثيره * لا يفني رئيس من يهوذا ولا مُدبّر من (* صُلبه حتّي ياتي (** الذي ذللك له . وهو الذي
11. تنتظره الامم * يربط جحشه الي الكرمة وجحش

*) Nescio, annon أصعبهما legendum? LXX ὁτι εσκληρυνθη.

**) Sic in Mſo. Lege: يسجد

*) In marg. من بين فخذه Dubium, an a manu ejusd. librarii.

**) Sequitur versionem *Aquilae:* ὡ αποκειται, quam vero jam Iustin. in Dial. c. Tryph. p. 348. τοις εβδομηκοντα tribuit. cf. *Stroth* in Repert. P. II. p. 95. qui tamen ibidem rectius quam Grabe (in Repert. P. IV. p. 20.) judicavit, lectionem Alexandrinae esse: τα αποκειμενα αυτω. Transiit vero illud: ω αποκειται in Codd. versionis Alex. complures. v. Repert. P. IV. p. 275.

وجحش اتانة بقضباها . ويغسل لباسه
12. بالخمر ورداءه بدم العنب * عيناه فرحة
من الخمر واسنانه ابيض اكثر من اللبن . *
13. زابلون يسكن علي ساحل البحر وعند
احناء السفن يكمن ويمتد الي صيدان . *
14. ايساخار (* اشتهت الحسي واستراح
15. (** بلا نصيب * وراي الراحة حسنة والارض
حسنة فاخضع عنقه للتعب وصار رجلا دايلا .
16. دان يدين شعبه مثل سبط من اسرايـيل *
17. ويكون دان حيّة علي الطريق (*** جالسا
علي الشبيل يلدغ رسغ الفرس ويصرع
18. الفارس الي خلفه * منتظرا خلاص الربّ .
19. جاد قايد الجيش وهو يقفو الاثر *
20. اشير خبزه سمين وهو يرزق الروّساء *
21. نفثاليم حوّان مخصب يعطي ثمرة
22. بهيّة * الابن النّامي يوسف ابن النمو
23. محسود الابن الجديد * ارجع الي الذين
تشاوروا عليه مرمروه وتشاوروا عليه ارباب
24. القسيّ * وانكسرت (* بالعزة قسيّهم
والحبال

*) Legendum: اشتهي **) Forte: بالنصايب

***) Alex. ἐγκαθήμενος. cf. גלשו Cant. VI, 5.

*) Supra adscriptum in Codice بالشده

وانحلت سواعد انرغتهم من يد قوي
يعقوب وعزيز اسرائيل من قبل الله ابيك *
25. واعانك الله لي وبارك عليك بركات السماء
من فوق وبركات الارض السفلي بكل حال
26. بركات الثديين والرحم * بركات ابيك
وامك القويّة علي الجبال الراسية (* الزائلة)
وعلي بركات الاكام الدهرية . تكون علي
راس يوسف وعلي ناصيته اكليل اخوته
27. الذين يغتالهم . * بنيامين ذيب خاطف
باكرا ياكل نهبا وعشيّا يعطي الطعام . *
28. هولاء كلهم بنو يعقوب الاثني عشر وهذا
الذي قال لهم ابوهم وبارك عليهم واحدا
فواحدا .

Gen. C. XLIX. ex Laud. A. 182. translatum:

1. „Et vocavit Iacob filios ſuos et dixit: Congregamini, ut notum faciam vobis, quid eventurum ſit
2. vobis in ſubſequentia dierum. Congregamini et audite, vos filii Iacob, et auſcultate Iſrael patrem ve-
3. ſtrum. Rubil, primogenitus meus, tu robur meum et caput filiorum meorum, immiſiſti te in ruditate
4. et pertinacia divulſionis. Et deformaſti ut aqua effuſa (ſeu forte: effuſus). cum quidem aſcendiſti in lectum patris tui, tum polluiſti lectum, ad quem
5. aſcen-

*) Superne adſcripta vox in Cod.

5. ascendisti. Simeon et Levi, fratres perfecerunt
6. iniuriam in voluntate sua. Sed non ingressa est anima mea in consilium eorum, et in congregationem eorum non ingressi sunt renes mei. cum in ira sua necarunt viros et pro lubitu suo fregerunt
7. suffraginem tauri. Male dicta ira ipsorum, quae inhumanior, et excandescentia cordium ipsorum, quae durior. Dividam eos *a* Iacob et divellam eos
8. *ab* Israel. O Iuda, benedicent tibi fratres tui, manus tua erit super cervice hostium tuorum. adora-
9. bunt te filii patris tui. Catulus leonis Iuda, e reti tenso (f. praeda) invaluit; o fili efferebas te, et recubuisti et suffulcivisti ut leo atque ut catulus leonis
10. cubans; quis excitabit illum? Non peribit praefectus e Iuda, neque moderator e lumbo ipsius (in marg.: ex inter femur eius) donec venturus sit is
11. cui hoc; et hic, quem intuebuntur gentes. Alligabit pullum asini sui ad vitem et pullum asinae in palmite ejus. et lavabit vestem suam in vino et pal-
12. lium suum in sanguine uvae. Oculi ipsius exhilarati
13. vino et dentes ejus albi multum prae lacte. Sabulon habitabit super ora maris, et ad latus navium congloba-
14. bitur, et extendetur ad Sidonem. Isachar concupivit terram stagnantem *) et requievit ubi non est
15. fors (f. inter saxa aquatoria). Sentiensque quietem

E 2 bonam

*) Sic in Codice, qui حسي legit. Sed sine dubio حسن *καλον* legendum, ut est ap. LXX.

bonam et terram pinguem, ſubmiſit cervicemſuam ad defatigationem et factus eſt vir *humilis* *).
16. Dan iudicabit gentem ſuam, ut tribus ex Iſrael.
17. Et erit Dan anguis ſuper via, jacens ſuper ſemita, punget tarſum equi et proſternet equitem retrorſum.
18. Reſpicientem ereptionem Domini. Gad ducet is
19. exercitum, et hic a poſtica parte feriet veſtigia.
20. Aſcher panis eius pinguis, et ipſe cibabit princi-
21. pes. Nephthalim Chauda frugifera, dabit fructus
22. pulcros. Filius increſcens Ioſeph, filius incre-
23. menti invidendus, filius **) novus. Retro vertit ſe ad eos, qui deliberaverunt contra eum: amarulenti fuerunt illi et deliberaverunt contra eum magiſtri
24. arcus. Et confractus eſt in vi arcus eorum et debilitati lacerti brachii eorum a manu potentis Iacob
25. et robuſti Iſrael coram Deo patris tui. et juvat te Deus *mihi*, et benedicit tibi benedictionibus coeli deſuper et benedictionibus terrae, quae infra eſt, in omni modo ***), benedictionibus uberum et uteri.

*) LXX γεωργος. ذايلا a ذال *vilipenſus fuit.*

**) جديد *felix* et *novus*, LXX νεωτατος.

***) LXX της γης εχουσης παντα ενεκεν pro hebr. תהום רובצת תחת Ενεκεν pro תחת poſitum cum ſequenti ברכת conſtructum putarunt. An pro παντα legendum κατω, ut voces εχουσης κατω reſpondeant hebraeae voci רובצת? Vocem aliquam, inferiorem ſitum quae notabat, legit Arabs.

26. Benedictiones patris tui et matris tuae potentes super montes immotos *) et super benedictiones collium mundi. erit super capite Iosephi et *super antiis illius coronae fratrum suorum*, quorum ductor
27. fuit. Binjamin lupus rapiens mane comedet prae-
28. dam et vesperi dabit cibum. Hi omnes filii Iacob duodecim. Et hoc, quod dixit illis pater ipsorum, et benedixit iis, uni et uni. —

§. XV.

De versione Codicis Laud. A. 182. *observatiunculae.*

1) Nonnunquam pro litera sensum exprimere tentat e. g. c. 49, 3. LXX σκληρος φερεσθαι και σκληρος αυθαδης. Ar. *immisisti te in ruditate et pertinacia divulsionis.* ubi فض a فضا *vehementiore congressu rupit foeminam*, aliquid mutuari videtur.

2) Raro aliquid superflui interserit. e. g. قلوبها v. 7. —

3) Etiam variat interdum lectionem. v. 4. Loco vocum μη εκζεσης habet: *profusa* sc. aqua, ubi nescio, utrum vox *profusa* sit interpretatio illa vocum ipsarum graecarum μη εκζεσης, an Arabs has prorsus omiserit. v. 7. LXX εν Ιακωβ — εν Ισραηλ Ar. utrobique من quasi εκ legerit. Contra sensum. v. 19. LXX πειρατηριον πειρατευσει αυτον, αυτος δε αυτον πειρατευσει πτερναν. Ar. *ductor exercitus et ille a postica parte* per-

*) Superne in Cod. adscriptum: *dimotos.* LXX μονιμων.

percutiet vestigium pedis. Ubi *αυτου* utrumque non legisse videtur. v. 23. *προς με* omittit. v. 26. post *κορυφης* addit Ar. *corona*, quae vox responderet hebraeae נזיר Neque igitur minus probabilis videtur haec lectio, vocem *στεφανος* aut aliam ejusmodi textui Alexandrinae restituens. Verba: *ων ηγησατο* in Alexandrina sunt additamentum, pro quibus *ος ηγησατο* Grabe substitui voluit. Minus recte. Vide Repert. p. 37. P. IV.

4) Nonnunquam ad interpretationem Alexandrinae aliquid confert. e. g. v. 9. LXX *εκ βλαςυ* Ar. من نصب *e reti tenso.* v. 6. *ενευροκοπησαν* Ar. عرقبا *suffraginem quadrupedis fregerunt.* v. 12. LXX *χαροποιοι* *) Ar. فرحة *laetus* et *petulans.* v. 14. LXX *ανα μεσον των κληρων* Ar. *ubi non est sors.* s. forte: *inter lapides aquatorios.* v. 19. LXX *πειρατηριον πειρατευσει (globus piratarum)* Ar. bene: *exercitus s. agminis ductor erit.*

§. XVI.

De duobus Codicibus arabicis Hexaplaribus.

In duobus Bodleianae Bibliothecae Codicibus insignitis *Laud. A. 146.* et *Laud. A. 147.* extat etiam arabica Pentatevchi Versio ex Origenianis Hexaplis derivata. Hexaplaris enim dicitur, non quasi Hexapla ipsa

*) Grabe *χαροποι* i. e. *διαπυροι*, *φοβεροι*, legi voluit. Rep. P. IV. p. 37. Bene. Sed mendosa tn lectio *χαροποιοι* jam extitit in graeco ante conditam hanc versionem arab.

ipſa arabice exhibens, ſed eam ob cauſam, quod et ſignis illis Hexaplaribus ſubinde textum habeat diſtinctum, et reliquorum interpretum graecorum fragmenta in margine nonnunquam prodat. Cel. *White* in Epiſtola ad Epiſcopum Londinenſem ſupra laudata praefationem, quae in Codd. illis legitur, ac pro ſpecimine locum Num. c. XXVII, 12-23. edidit. Doct. *Urii* deſcriptio, in cuius Catalogo Codices illi inter arabicos ſub nro. II. et III. occurrunt, in eo potiſſimum emendanda eſt, quod utroque Codice indicet verſionem contineri E GRAECA lingua in arabicam ab *Alhareth ben Sinan* translatam. Legitur potius ad finem Levitici Hypographe, quae arabicam verſionem non e *graeco* ipſo ſed e *ſyriaca graecae verſionis Hexaplaris translatione* ortam eſſe diſertis verbis ſignificat. Verba autem haec ſunt:

تم كتاب الاويين علي ما نقله الاثنان
والسبعون مما ترجمه من السريان الي العربي
الحرث بن سنان

finitur liber Levitici ſecundum exemplar LXXII. ex interpretatione E SYRIACO *in arabicum Alhareth b. Senan.*

Utriusque Codicis excerptis Ioh. Erneſt. Grabe in notis uberioribus ad ſuam Alexandrinae verſionis editionem uti voluit, id quod e ſpecimine notarum typis olim in forma quadrata ſeorſim cum epiſtola ad Dr. Millium evulgato apparet. Iam vero in collatione

Codicum ac Verſionum ad Alexandrinos Interpretes pertinentium, quam Cel. *Robertus Holmes* molitur copioſiſſimam, etiam bini hi Codices in ſubſidium vocabuntur. Interim ſpecimen quoddam hoc loco decerpere non fruſtraneum duximus. Cum Syriacus ille Codex Maſianus Hexaplaris e Pentatevcho nonniſi quandam partem Devteronomii habuerit, bini hi Codd. Oxonienſes hanc lacunam opportune ſupplere poſſent, ut invento rurſus, ſi Dis placet, Maſiano Codice atque edito interim Hexaplari Cod. Ambroſiano integrum paene opus Hexaplare condi poſſet, quod, licet tum ſine dubio infinitis emendationibus et ſupplementis non poſſet non indigere, fundamenti loco tamen iure ſuo ponerent ii, qui, ut V. Cel. *Bruns* huius laboris partem in ſe recepiſſe gaudemus, de Hexaplis reformandis laboraturi ſunt.

Num. C. XXIV.
e Cod. Laud. A. 147.

قلما راي بلعم ان البركة علي اسرايل تحسن
موقعها امام الرب لم يمض كالعاده لاستقبال
2. الفال واقلب وجهه الي البرية * ورفع عينيه
فنظر الي اسرايل نازلا كاسباطه وحل عليه
3. روح الله * فاخذ مثله قايلا (* ان بلعم بن
فاغور ويقول الرجل الذي يراه فانه
4. حق * * ويقول من يسمع كلام العزيز
الذي

*) LXX φησι.

الذي راي رويا الله في سنة وعيناه
5. مغتوحتان * ما احسن منازلك يا يعقوب
6. واهنا مساكنك يا اسرايل * مثل سنبل قد
وقع عليه الندا ومثل الجنان علي الانهار
ومثل المساكن التي نصب الرب وكالصنوبين
7. علي تجاري المياه * فانه سيخرج رجل
من قبيله وينسلط في شعوب كثره ويرتفع
ملكه علي ملك عوج ويعلوا ملكه جدا *
8. وهداه الله من مصر كمجد علوه وانه
مشاكل الشعوب من اعدايه ويغي سوادهم
9. ويرشق بسهامه ✝ الاعدا * ويستريح مثل
الليث علي (* سكايه ومثل الشبل ومن الذي
يثيره فيبارك علي من بارك عليه ولعن من
10. لعنك * واستسلط بالق * عصا علي
بلعم وضفق يديه فقال بالق لبلعم انما
ادعوا بك لتلعن عدوي وقد باركت عليه
11. بركه هذا ثلث مرات * واغرب عني الي
مكانك وقد لبت عزمت علي اكرامك *
12. وقد احرمك الرب الكرمه * فقال بلعم
لبالق الم اكن اقل (** ارسلك الذين ارسلت
13. الي واحمرهم * انه لو اعطاني بالق ملا
بيت فضه وذهبا قبل نفسي فانما اقول ما
يامرني

*) Lego: سكاتة derivatum a rd. سكت

**) Lege: لرسلك ad legatos tuos.

14. يامرني، به (* الله * وانا فاني راجع الي
مكاني فقف اعلمك ما يفعل هذا الشعب
15. بشعبك في اخر الايام * واتبدا مثله قايلا
ارطب يا بلعم بن باعور فقل يا رجل معبن
16. الحق * * قل يا من تسمع كلام الله
وتعلم بعلم العلو وراي رويا الله في سنة
17. وعبناه مفتوحتان * واناره به فلبس في
وقته هذا اعطبه الطوب ولم يقرب لانه
سيطلع كوكب من يعقوب ويقوم رجل من
اسرايل ويضرب روسا مواب ويسلب جميع بني
18. سات * ويكون ادوم ميراثا ويكون ميراثا
للعبص عدوه ويفعل ذلك اسرايل بقوة *
19. ويستنض من يعقوب من يهلك من يحوا
20. من المدينة * ونظر الي عماليق واتبدا
مثله قايلا ان عماليق فهو راس الشعوب وان
21. نسله سيبيد * ونظر الي القين وافتتح
مثله قايلا ما اعز مسكنك ولو انك جعلت
22. في الكهف عشك * ولو انه صار لبعور
عش الخب وان اهل اثور سيسبونك *
23.

*) In margine haec:

لم اكن اسطيع ان اخالف امر الرب ان اعمل
خيرا او شرا في ع

i. e. „non potis fuero ut mutarem verbum Domini, ut facerem malum aut bonum per me. *Hebraeus.*“ Sic enim ع explicat praefatio Codicis typis expressa in Cel. White Letter etc. p. 25.

23. وانسل مثله قايلا ومن الذي يعيش حتي
24. يفعل الله ذلك * ويخلص من (* ايدي
الكتيين (** ويسرن الي اهل اثور ويادون
العبرانيين فانهم سيهلكون نضا معا *

Verſio.

„Cumque videret Bilam, quod benedictio ſuper Iſrael bona ſit, *ſtatuente illam Imamo (Antiſtite) Domini*, non ambulabat ut ſaepius in occurſum omi-
2. nis ſed convertebat faciem ſuam ad deſertum. Et ſuſtulit oculos ſuos viditque Iſrael commorantem ſecundum tribus ſuas et deſcendit ſuper ipſum Spiri-
3. tus Dei. Et cepit aenigma ſuum, dicens: Omnino Bileam fil. Phagor et dicet vir ille, qui videre
4. ſolet et quidem verum. ⁜ Et dicet, qui audire ſolet verba potentis, qui vidit viſiones Dei in ſomno
5. et oculi eius aperti. Quam pulcra eſt commoratio tua, o Iacob! et quid eſt heic tentoriorum tuorum,
6. o Iſrael! ut ſpica aromatica, quando cadit ſuper illam ambarum (ſ. vapor gratus) et ſicut horti ad fluvios et ſicut habitatio, quam fixit Dominus
7. et ſicut *palmae* ſuper fluentis aquae. Et prodibit vir e gente, et dominabitur in gentes multas et exaltabit ſe rex ejus ſuper regem *Og* et evehent re-
8. gnum valde. Et eduxit illum Deus ex Aegypto pro potentia alta atque ipſe inſigniens ***) populos de hoſti-

*) Sic in Cod. Annon ايدي الكتيين *manu Cithaeorum*.
**) An يشرن Alex. κακώσουσι.
***) per errorem in Cod. ipſo pro: *edens*. cf. p. 80.

hostibus suis et emedullabit hepata eorum et jacula-
9. bitur sagittis suis ⁒ hostem. Et requiescit ut leo super quiete sua et sicut catulus leonis, et quis, qui excitabit eum? Et bene dicetur super eum, qui benedicet super te, et maledicetur, qui maledicit tibi.
10. Et vehemens factus est Balac ※ duriter super Bileam et compressit manum et dixit Balac ad Bileam: nonne vocarunt te, ut malediceres hosti meo? et nunc benedixisti super eum benedictione his tri-
11. bus vicibus. Recede a me ad locum tuum, et quidem utique cogitaram de eo, ut honorarem te ※
12. sed nunc prohibuit Dominus a te honorem. Dixit autem Bileam ad Balac: nonne dixeram legatis tuis
13. quos misisti ad me et iussi eos enunciare: Profecto si dederit mihi Balac plenitudinem domus aurum et argentum coram me, profecto dicerem, quod
14. dixerit mihi Deus. Et nunc ego revertens ad locum meum sed subsiste, donec indicem tibi, quid facturus sit populus hic populo tuo in subsequentia
15. dierum. Et inchoavit aenigma suum, dicens: Eloquere o Bileam fili Begor et dic, o vir intuens
16. verum. ※ Dic tu qui audire soles verba Dei et scis cognitionem altissimi, et videns visiones Dei in
17. somno et oculi ejus aperti. Et resplendere faciam in eo, nec in tempore suo hoc, dabo illi bona vota neque appropinquabit. Omnino ascendet stella e Iacob et surget vir ex Israel et percutiet principes
18. Moab ac diripiet omnes filios Sat. Et erit Edom

possessio

poſſeſſio et erit poſſeſſio Eſavo hoſtis ejus, (an vero: hoſti ejus?) et faciet hoc Iſrael in fortitudine,
19. Et exibit e Iacob, qui perdet eos qui ſupervivunt
20. ex urbe. Et reſpexit ad Amalek et incepit aenigma ſuum dicens: Omnino Amalek iſte caput gentium
21. ſed genus ejus peribit. Et reſpexit ad Kinum et aperuit aenigma ſuum: quid fortis eſt habitatio tua et forte tu poſueris in cava nidum tuum, et for-
22. te ille evadit Beori nidus deceptionis et profecto po-
23. pulus Aſſur captivent te. Et produxit aenigma ſuum dicens: ecquis qui vitam producet, donec faciat
24. Deus haec. Et eripiet e manu *) arietis et ibunt (ſeu potius: male facient) ad gentem Aſſur et juvabunt Ebraeos et profecto illi peribunt omnes una. "

§. XVII.

De edito Specimine Hexaplari arabico quaedam Obſervationes.

Specimen Hexaplaris verſionis conſiderantes obſervamus:

1) Collatis verſibus 7. 8. 9. cum verſione Graeco-arabica ſupra ex Codice Laud. A. 182. edita, utraque translatio valde cognata apparet. Alharet cum ex ſyriaco verterit, videtur verſionem illam arabicam ex Alexandrino immediate factam in efformanda ſua translatione ſecutus fuiſſe,

2) Ad

*) v. notam ſub arabico textu,

2) Ad restituenda reliquorum interpretum graecorum fragmenta e Codicibus his *quaedam* proventura sunt subsidia. Dolemus, in margine versiones graecas reliquas rarius afferri. Dolemus, si signum quoddam Hexaplare positum est, eum characterem, qui, quousque signum illud pertingat, indicare debebat, plerumque evanuisse. At in uno tamen hoc allato specimine signa aliqua Hexaplaria, de quibus Montfaucon nihil invenerat, notata ac conservata videmus. v. 4. vocem *φησιν* ab Origene additam esse, ut graecus scilicet hebraeo textui consonet, posito ※ indicatur. v. 8. Codex vocem *εχθρον* per obelum jugulat. v. 10. per ※ notatur additamentum: ***duriter***, cui nunc in graeco nihil respondet. Olim forte *λιαν* s. *ισχυρως* legebatur. v. 11. asteriscus verbis: *και νυν* praefixus. Sed dubium, quousque vis signi sit extendenda. v. 16. vocula: *φησι*, ante *ακȣων* in textum recepta cum asterisco. Nunc quidem abest ea vocula ab editione Alexandrinae versionis in Polygl. Londin. — Montfaucon de tribus hisce signis Hexaplaribus in Codicibus graecis nec unum observaverat. — v. 7. Alex. *και ὑψωθησεται η Γωγ βασιλεια.* Codex vero: et exaltabit se rex ejus super regem Og, *fere ut Symmachus*, qui: *και υψωθησεται υπερ Γωγ βασιλευς αυτȣ.* Exemplum unius in Cod. hoc arabico Hexaplari e Symmacho interpolationis.

3) Non semper syllabis ac vocibus ita inhaeret, ut in versione Critico usui unice destinanda optandum esset.

effet. Extant exempla v. 1. *ſtatuente illam Imamo Domini.* v. 6. LXX ως ναπαι σκιαζουσαι Ar. *ut ſpica aromatica, quando cadit ſuper illam ambarum (ſ. vapor gratus.)* v. 7. εκ σπερματος αυτου Ar. *e gente.* v. 9. pro: κατακλιθεις, *ſuper quiete ſua.* v. 10. addit: *nonne*, et mox: *ſuper eum.* v. 11. LXX ειπα Ar. *cogitavi ſuper eo* — v. 12. λεγων Ar. *et dixi illis.* v. 13. addit: *coram anima mea.* Ibid. LXX ου δυνησομαι — εμαυτου Arabs omittit. Margo ſupplet ex Hebraeo. v. 14. pro συμβουλευσω Ar. *ſcire te faciam.* v. 15. LXX Φησι Βιλεαμ. Arabs: *eloquere o Bileam*, atque iterum LXX Φησιν ο ανθρωπος Ar. *dic o vir.* v. 18. LXX εποιησεν. Ar. *faciet hoc.* v. 19. LXX και ανελει Ar. *qui perdet.* ib. σωζομενον Ar. *qui ſupervivunt.* v. 20. LXX Αμαληκ Ar. *omnino Amalek et ille.* v. 21. LXX εν πετρα Ar. *in crypta.* v. 24. LXX και εξελευσεται Ar. et eripiet *quaſi* εξελεσεται. ibid. LXX εκ χειρων κιτιαιων Ar. *e manibus arietis*, quae tranſlatio fortaſſe reſpicit Danielis vaticinium. LXX κακωσουσιν Εβραιους. Ar. *juvabunt* *) Ebraeos. Immo vero ſatis longa ex uno capite ſeries exemplorum libertatem et ſubinde licentiam hujus Verſionis Hexaplaris luci exponentium. Neſcimus, utrum Syrus primo an Arabs demum interpres hanc in vertendo libertatem ſibi ſumſerit. Sed profitendum eſt, una hac obſer-

*) Niſi in textu arab. legas يؤودون *gravabunt.*

obſervatione magnam partem utilitatis criticae tolli, quae a Codicibus illis arabicis Oxonienſibus ſperatur.

4) Variantes lectiones prodit. v. 8. LXX *ως δοξα μονοκερωτος αυτω*. Ar. pro potentia alta. Supponit itaque translationem vocis ראם, qua haec vox a רום *altum eſſe*, derivetur. v. 9. *κατακλιθεις* omittit. v. 17. *μακαρισω* vertit pro *μακαριζω*. Illud contextui convenientius. Ibid. *αναςησεται* habet Cod. Vat. Noſter Ar. *και αναϛ*. cum Alex. Cod. v. 23. LXX *και ιδων των ωγ* Ar. omittit. Recte.

5) Hic ibi emendationibus eget. e. g. v. 8. مسأكل habet, ubi LXX *εδεται* hebr. יאכל Emendandus Arabs, ut habeat سيأكل *edet*. Alia exempla v. in notis ad v. 9. 12. 24.

* * *

Emendanda in plagulis, quae typis excuſae iterum perlegi potuerant:

p. 11. l. 20. جسدا p. 12. l. 2. شهبّة p. 19. l. 2. يتجبب pro يحبب p. 20. l. 14. بدلالت p. 25. l. 23. الغروب p. 29. l. 2. poſt *arenae* adde: cf. Devt. 8, 9. p. 42. l. 18. فائه p. 43. l. 9. فريسته ibid. l. 8. litera *p.* ante يزيله ponenda. p. 45. l. 11. خلفه